τίνα δὲ μετάνοιαν αὐτοῖς καὶ τὴν φυγὴν πόθεν εἰκάζειν ἔμελλον; τὰ σιτία κρατήσαντας φησὶ τὴν αἰγύπτου, πολλὰ κακὰ δρᾶν τοῖς ἐκ τῆς ἱεροσολύμων ἐλθοῦσι στρατεύσαντας, καὶ ὡδὲ τούτων ὀνειδίζει, καθάπερ ἐν πολεμίοις αὐτοῖς ἐπαγαγόν, καὶ δίκον τοῖς ἔξωθεν ἐπιπλεῖν ἐγκαλεῖν, ὅπου τὰ ταῦτα φεύ τῆς ἐκείνων ἀφίξεως ἔφεστον, καὶ φεύξεν ὠμωμόκεσαν, οἱ τὸ γένος αἰγύπτιοι, ἀλλὰ καὶ χρόνοις ὕστερον ἀμενώφις ἐπιθεῖν ἐνίκησε μάχῃ, καὶ κλείων τοῖς πολεμίοις μέχρι τῆς συρίας ἔλασεν. οὔπω γὰρ πανταχόθεν ἐστὶν ἡ αἰγυπτος τοῖς ὁποθεν δηποτεῦν ἐπιοῦσιν εὐάλωτος· καὶ οἱ τότε πολέμῳ κρατοῦντες αὐτοῖς, ζῶν τινὰ θανόντων τὸν ἀμένωφιν, εἶτ' τὰς ἐκ τῆς αἰθιοπίας ἐμβολὰς ἀχύρωσαν, πολλὰ εἰς τοῦτο ὡδασκαλίαν ἔχοντες, οὔτε τὰ ἄλλα ἐτοίμασαν δύναμιν. ὁ δὲ καὶ μέχρι τῆς συρίας, ἀναιρῶν φησιν αὐτοὺς, ἠκολούθησε διὰ τῆς ψάμμου τῆς αὐστηρᾶς, δηλονότι οὐ ῥᾴδιον ὂν ἀμαχεὶ στρατεύσῃ διελθεῖν. καὶ μὲν ὢν τῆς μανεθῶνα, οὔτε ἐκ τῆς αἰγύπτου τὸ γένος ἡμῶν ἐστιν, οὔτε τῶν ἐκεῖθεν τινὲς τινὲς ἀνεμίχθησαν. τῶν δὲ λεπρῶν καὶ νοσούντων, πολλοὺς μὲν εἰκὸς ἐν τῆ λιθοτομίαις ἀποθανεῖν, πολλοὺς δὲ ἐν τοῖς μὴ ταῦτα μάχαις· πλείστους δὲ ἐν τῆ πολυτάτῃ καὶ τῆ φυγῆ. λοιπόν μοι φεὸς αὐτὸν εἰπεῖν ὡδὲ μωϋσέως. τοῦτον δὲ τὸν ἄνδρα θαυμαστὸν μὲν αἰγύπτιοι καὶ θεῖον νομίζουσι. θέλουσι δὲ φεαποιεῖν αὐτοῖς μὴ βλασφημίας ἀπιθάνου, λέγοντες ἡλιουπολίτην εἶναι τῆς ἐκεῖθεν ἱερέων σφᾶς, δεῖ τὸν λέφραν συνεξελάσαντα. δείκνυται δὲ ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, ὅτι καὶ δεκα συὸ τῶν πεντακοσίων φεότερον ἔτεσι γεγονώς, καὶ τοὺς πατέρας ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς αἰγύπτου πατέρας, εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν οἰκουμένην ὑφ' ἡμῶν. ὅτι δὲ οὐδὲ συμφορᾶ τινὶ τοιαύτῃ ὡδὲ τὸ σῶμα κεχρημένος ἦν, ἐκ τῆς λεγομένων αὐτοῖς δῆλός ἐστι. τοῖς δὲ λεφρᾶσιν ἀπέρριψε, μήτε ἐν πόλει, μήτε ἐν κώμῃ κατοικεῖν, ἀλλὰ μόνους ὡδεπαστὸν κατεχίσεν ὄρους τὰ ἱμάτια καὶ τὸν ἀφέμενον ὡδὲ τῆ ὁμόσκηνον γενόμενον, οὐ καθαρὸν ἡγεῖται. καὶ μὴν κἂν θεραπευθῇ τὸ νόσημα, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἀπολάβῃ, ὡδεέρριψε πολλὰς ἁγνείας, καθαρμοὺς πολλοὺς ὑδάτων λουτροῖς, καὶ ξυρήσεσι πάσης τριχός, πολλαί τε καὶ ἀδίκου, καὶ παντοίας ἐπιτελέσαντα θυσίας, τότε παρελθεῖν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν. καίτοι τοῦ γε τοιοῦτον εἰκὸς ἦν, φεονοίᾳ τινὶ καὶ φιλανθρωπίᾳ χρήσασθαι, τὸν ἐν τῆ συμφορᾷ ταύτῃ γεγενῆσθαι, ὡδὲς τοῖς ὁμοίοις αὐτῷ δυσυχήσαντας. οὐ μόνον δὲ ὡδεὶ τῆ λεφρᾶν ὄνομα ἐνομοθέτησεν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς καὶ τὸ θεραχύτατον τῆς σώματος ἐπρωτηεισασμένοις ἱερᾶσι συνεκεχώρησεν. ἀλλ' εἰ καὶ μεταξύ τις ἱερεμένος τοιαύτῃ χρήσαιτο συμφορᾷ, τῆς τιμῆς αὐτὸν ἀφείλετο. πῶς οὖν εἰκὸς ἐκεῖνον ταῦτα νομοθετεῖν καθ' ἑαυτοῦ, εἰς ὄνειδός τε καὶ βλάβην νόμους συντιθεμένους; ἀλλὰ μὴν τοῦνομα λίαν ἀπιθάνως μετατέθεικεν. ὀσαρσὴφ γὰρ φησιν ἐκαλεῖτο. τοῦτο μὲν οὖν εἰς τὴν μετάθεσιν οὐκ ἐναρμόζει. τὸ δ' ἀληθὲς ὄνομα, δηλοῖ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος σωθέντα μωϋσῆν. τὸ γὰρ ὕδωρ οἱ αἰγύπτιοι μοῦ καλοῦσιν. ἱκανὰς οὖν γεγε-

γεγονέναι νομίζω καὶ δῆλον, ὅτι μανεθὼς, ἕως μὲν ἠκο- A
λούθει τῇ ἀρχαίᾳ ἀναγραφῇ, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας ἐξη-
μάρτανεν, ὅτι δὲ τοῖς ἀδεεστότερον μύθοις ἐφαπτόμενος, ἢ
συνέθηκεν αὐτοῖς ἀπιθάνως, ἢ πιστεύειν τοῖς ἐθνικοῖς ἀπόχθειαν
εἰρηκότων ὑπόπτευσον. μετὰ τοῦτον ἐξετάσαι βούλομαι χαι-
ρήμονα. καὶ γὰρ δεῖν αἰγυπτιακὴν φάσκων ἱστορίαν συγ-
γράφειν, καὶ προσθεὶς ταὐτὸ ὄνομα τῷ βασιλέως, ὅπερ ὁ
μανεθὼς, ἀμένωφιν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ῥαμέσσην, φησὶν,
ὅτι κατὰ τοὺς ὕπνους ἡ Ἶσις ἐφάνη τῷ ἀμένωφει, μεμφο- B
μένη αὐτὸν, ὅτι τὸ ἱερὸν αὐτῆς ἐν τῷ πολέμῳ κατέσκα-
πται. φειπράσιν δὲ ἱερογραμματέα φάναι, εἰ αὐτὸν τοὺς
μολυσμοὺς ἐχόντων ἀνδρῶν καθάρσει τὴν αἰγυπτον, παύ-
σασθαι τῆς πρίσεως αὐτόν. ὀλιγίστους δὲ τῷ ὀλίσεσιν
μυριάδας εἰκοσιπέντε ἐκβαλεῖν. ἡγεῖσθαι δ' αὐτῶν
γραμματέας μωϋσῆν τε καὶ ἰώσηπον, καὶ τὸν ἱερο-
γραμματέα· αἰγύπτιοι δ' αὐτοῖς ὀνόματα εἶναι, τῷ
μὲν μωϋσῆ πετεσῆν, τῷ δὲ ἰωσήπῳ πετεσήφ. τούτους
δ' εἰς πηλούσιον ἐλθεῖν, C ὀλίγου χεῖν μυριάσι τριακοντατριῶν καταλελειμμένους ὑπὸ τοῦ ἀμένωφεως. ἃς
οὐ θέλων εἰς τὴν αἰγυπτον ἀγανακτοῦντα. τὸν γὰρ μὲν
μωϋσῆ πετεσῆν, τὸν δὲ ἰωσήπῳ πετεσήφ. τούτους
δ' εἰς πηλούσιον ἐλθεῖν, C ὀλίγου χεῖν μυριάσι τριακοντατριῶν καταλελειμμένους ὑπὸ τοῦ ἀμένωφεως. ἃς
οὐ θέλων εἰς τὴν αἰγυπτον ἀγανακτοῦντα τὴν ὁμόνοιαν τῶν

fuga elapsus in Æthiopiam. Hic autem fingit eum post patris obitum in spelunca quadam natum, & postea prælio victorem, & Iudæos in Syriam expellentem numero circiter c c. millia. O facilitatem! neque enim prius quinam erant illa CCCLXXX. millia dixit, neque quomodo CLXXX. millia perierint: in aciéne ceciderint, an ad Rhamessen transfugerint. quod verò maximè mirum est, ne cognoscere quidem ex eo licet, quósnam vocet Iudæos, vel vtris eorum det hanc appellationē: illísne CCL. millibus leprosorū, an his CCCLXXX. millibus, quæ circa Pelusium erant. Sed stultum fortasse sit redarguere eos, qui à semetipsis redarguti sunt. ferendum enim erat vtcunque, si ab aliis redarguti fuissent. His addam Lysimachum, idem quidem habentem cum prædictis argumentum mendacij, verùm enormitate figmenti illos vincentem, vnde apparet eum magno odio confinxisse. dicit enim: Qua tempestate Bocchoris in Ægypto regnabat, populum Iudæorum, quòd essent lepra, scabie, & aliis quibusdam morbis infecti, ad templa confugisse, vt mendicato alerentur. multis autem hominibus morbo correptis, sterilitatem in Ægypto accidisse. Bocchorim verò Ægyptiorum regem ad Ammonem, scitatum oracula de sterilitate, misisse. responsum verò à Deo, repurganda esse templa ab hominibus impuris & impiis, eiectis eis è templis in loca deserta. Cæterum scabiosos ac leprosos mergendos, tanquam sole horum vitam ægrè ferente: & templa expianda: atque ita fore vt terra fructum ferat. Bocchorim autem accepto oraculo, accersitisque sacerdotibus ac sacrificis, iussisse collectis impuratis, hos militibus tradi deportandos in desertum: leprosos verò ac impetiginosos plumbeis laminis inuolutos in pelagus deiici. quibus submersis, reliquos congregatos, & in loca deserta expositos esse, vt perirent. eos habito concilio cōsultasse de seipsis: & nocte superueniente, accensis ignibus ac lucernis custodias agitasse: sequentique nocte ieiunatum, vt numen propitium eos seruaret. Insequenti verò luce à Mose quodam consiliū datum, irent conferti vna via, vsque dum ad loca culta peruenirentur. tum præcepisse, ne cui hominum in posterum beneuoli essent, vtque consilium malum potiùs quàm bonum darēt, deorúmque templa & altaria quotquot inuenirent euerterent. quibus comprobatis ac destinatis, multitudinem iter fecisse per desertum, ac post multa incommoda tandem ad loca culta peruentum. tum verò & hominibus iniuriosè tractatis, & fanis compilatis ac incensis, venisse in eam quæ nunc Iudæa dicitur: conditáque ciuitate hîc habitare, vrbem verò ἱεροσύλα ex re nominatam. aliquantò autē post iam auctos viribus mutasse nomē vitandi probri gratia: & vrbem Hierosolyma, seipsos Hierosolymos vocasse. Hic non eundem quem illi inuenit regem, sed recentius nomen confinxit: & omisso somnio ac propheta Ægyptio ad Ammonem abiit de impetiginosis & leprosis responsum relaturus. ait enim

A φυγὼν εἰς τὴν αἰθιοπίαν. ὅθεν δὴ καὶ ποιεῖται αὐτὸν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, ἐν σπηλαίῳ τινὶ γεγενημένον καὶ μετὰ ταῦτα νικῆσαντα μάχῃ, καὶ τοὺς ἰουδαίους εἰς συρίαν ἐξελαύνοντα τὴν ἀριθμὸν ὄντας σὺν μυριάσι εἴκοσιν. ὧν δὲ χρείας. ἔτι γὰρ θαυμαστὸν οἵ τινες ἦσαν αἱ ἑξακόσιαι καὶ ὀκτὼ μυριάδες οὐδὲν. ἔτι πῶς αἱ τριακάκοσιαι καὶ ἑξῆς διεφθάρησαν. πότερον ἐν τῇ μάχῃ κατέπεσον, ἢ πρὸς τὴν ῥαμέσσην μετῴκησαν τοῦτο δὴ θαυμασιώτατον, εἰ δὴ τίνας καλεῖ τοὺς ἰουδαίους δυνατὸν ὄντα παρ' αὐτοῦ μαθεῖν. ἢ ποτέρους αὐτῶν πάθη ταῦτην τὴν ἀφορμὴν, ταῖς εἰκοσιπέντε μυριάσι τῷ λεπρᾷ, ἢ ταῖς ὀκτὼ καὶ ἑξακόσιαις, ἢ σὺν τὸ πᾶν πλοῦσιον. ἀλλὰ δὴ οὐδὲ ἴσως αὐ εἴη δῆλα πλείοσιν ἐλέγχῃ τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐλεγμένους. τὸ δὲ ὑπ' ἄλλων καὶ μεῖζον ἐπιφέρω δὴ τοῦτοις λυσίμαχον, εἰληφότα μὲν τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις ὑπόθεσιν τῶν ψεύσματων, ὑπερβαλόντα δὲ τὴν ἐκείνων ἀπιθανότητα τοῖς πλάσμασι. διὸ καὶ δῆλός ἐστι συντεθεικὼς καὶ πολλὴν ἀπόχθειαν λέγει δὲ. ὅτι βοκχόριδος αἰγυπτίων βασιλέως, τὸν λαὸν τῶν ἰουδαίων λεπρεῖς ὄντας καὶ ψωρεῖς, καὶ ἄλλα νοσήματα τινὰ ἔχοντας, εἰς τὰ ἱερὰ καταφεύγοντας μαστεῖν βοσκῆν. καὶ πολλῶν δὲ ἀνθρώπων νοσηλία πρὸς τῶν, ἀκαρπίαν ἐν τῇ αἰγύπτῳ γενέσθαι. βόκχορα δὲ τὸν τὸν αἰγυπτίων βασιλέα εἰς ἄμμωνα πέμψαι περὶ τῆς ἀκαρπίας τοῦ μαντευσομένου. τὸν θεὸν δὲ εἰπεῖν, τὰ ἱερὰ καθαρᾶ ἀπ' ἀνθρώπων ἀναγνῶν καὶ δυσεβῶν, ἐκβαλόντα αὐτοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν εἰς τόπους ἐρήμους, τοὺς δὲ ψωριεῖς καὶ λεπροὺς βυθίσαι, ὡς τοῦ ἡλίου ἀγανακτοῦντος ὅλῃ τῇ τούτων ζωῇ, καὶ τὰ ἱερὰ ἁγνίσαι, καὶ οὕτω τὴν γῆν καρποφορήσειν. τὸν δὲ βόκχορα τοὺς χρησμοὺς λαβόντα, τοὺς τε ἱερεῖς καὶ ὅλῃ ὁμόσαντας προσκαλεσάμενον, κελεῦσαι ὅλῃ λοιὸν ἀνὴρ ἐποιήσαμεν τὴν ἀκαθάρτων, τοῖς σταυρώσαντας τούτους φορεῖν καταξῆν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον. τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς μολυβδίνους χάρτας ἐνδύσαντας, ἵνα καθεῖν εἰς τὸ πέλαγος. βυθισθέντων δὲ τῶν λεπρῶν καὶ ψωρῶν, τοὺς ἄλλους συναθροισθέντας εἰς τόπους ἐρήμους ἐκτεθῆναι ἐπ' ἀπωλείᾳ. συναχθέντας δὲ βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν. νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης, πῦρ καὶ λύχνους καύσαντας φυλάττειν ἑαυτοὺς, τὴν τε ἐπιοῦσαν νύκτα νηστεύσαντας ἱλάσασθαι τοὺς θεοὺς, περὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῖς. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ μωσῆν τινα συμβουλεῦσαι αὐτοῖς, φορεῖν μίαν ὁδὸν τιμῶντες, ἄχρις οὗ ἔλθωσιν εἰς τόπους οἰκουμένους. φορεῖν δὲ καὶ δόσεσθαί τε αὐτοῖς, μήτε ἀνθρώπῳ τινὶ δυνήσῃ, μήτε ἄλλῳ συμβουλεύσῃ, ἀλλὰ τὰ χείρονα. θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμοὺς, οἷς ἂν ἐπιτύχωσιν ἀναῤῥίψαι. συναρπασάντων δὲ τῶν ἄλλων, τὰ δηθέντα ποιοῦντας δῆλα τῆς ἐρήμου πορεύεσθαι. ἱκανῶς δὲ ὀχλησάντας ἐλθεῖν εἰς τὴν οἰκουμένην χώραν, καὶ τοὺς τε ἀνθρώπους ὑβρίζοντας, καὶ τὰ ἱερὰ συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας, ἐλθεῖν εἰς τὴν νῦν ἰουδαίαν προσαγορευομένην. κτίσαντας δὲ πόλιν ἐνταῦθα καθίσαι. τὸ δὲ ἀπ' αὐτοῦ ἱεροσύλα, ὑπὸ τῆς οἰκείων δυσφημίας ὀνομάσθαι. ὕστερον δὲ αὐτοὺς ὑπερεπάσαντας, χρόνῳ δυσφήμῳ τὴν ὀνομασίαν προσεπιζήσεσθαι, καὶ τὴν τε πόλιν ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτοὺς ἱεροσολύμους προσαγορεύσαι. ὅθεν δὴ καὶ τοῖς ἐκείνοις οὐ μόνον βασιλέα, κρείττονα δὲ ὄνομα συνεθήκατο. καὶ παρὲς ἐνύπνιον καὶ προφήτην αἰγύπτιον, εἰς ἄμμωνα ἀπελήλυθεν περὶ τῆς ψωρῶν καὶ λεπρῶν χρησμῶν αὐτῶν. φησὶ γὰρ

εἰς τὰ

εἰς τὰ ἱερὰ συλλέγαντα πλῆθος Ἰουδαίων. ἆρα γε τοῖς λεπροῖς ὄνομα θήσομεν, ἢ μόνων τῶν Ἰουδαίων τοῖς κοσμήσασι τοῦτο πεπόνθασιν; λέγεται γὰρ ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων. ὁποῖος; ἔπηλυς ἢ τὸ γένος ἐγχώριος; διὰ τί τοῦτο αἰγυπτίους αὐτοὺς ὄντας Ἰουδαίους καλεῖς; εἰ δὲ ξένοι, διὰ τί πόθεν ἐλέγετο. πῶς δὲ βασιλέας πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἐνθάδε ἀπολέσαντος εἰς τὴν θάλασσαν, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς ἐρήμους τόπους ἐκβαλόντος, τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὑπελείφθησαν, ἢ τίνα τρόπον διεξῆλθον μὲν τὸν ἔρημον, κατέσχησαν δὲ χώρας ἃς νῦν κατοικοῦμεν. ἔκτισαν δὲ πόλιν, καὶ νεὼν ᾠκοδόμησαν τοῦ παντὸς θαυμαστόν. ἐχρῆν δὲ θεμιστοῦ μὴ μόνον εἰπεῖν τὸ ὄνομα, δηλῶσαι δὲ καὶ τὸ γένος ὅς τις ἦν καὶ τίνων. διὰ τί δὲ τοιούτοις αὐτοῖς ἐπιχαίρουσι νόμοις θεὶς διαβεβηκὼς ἐπὶ τοὺς ἀθρόους ἀδικίας καὶ πορείας. εἴτε γὰρ αἰγύπτιοι τὸ γένος ἦσαν, οὐκ ἂν ἐκ τῆς παρίας ἐθῶν οὕτω ῥᾳδίως μετέβαλον. εἴτ' ἀλλαχόθεν ἦσαν, πάντως τινὲς ὑπῆρχον αὐτοῖς νόμοι, διὰ μακρᾶς συνηθείας πεφυλαγμένοι. εἰ μὲν οὖν θεὶς τῶν ἐξελασάντων αὐτοὺς ἄμοσαν μηδὲ ποτὲ δυνήσεσθαι, λόγον εἶχεν εἰκότα. τοῖς δὲ πόλεμον ἀθρόοις ἀκήρυκτον ἀράσθαι τούτοις, οἵπερ ἐφεστῶς ὡς αὐτὸς λέγει κακῶς, ἅτε πάντων βοηθείας δεομένοις, ἀθλίως οὐκ ἐκείνων, ἀλλὰ τῶν ψευδομένων πάνυ πολλοὶ παρίσταν. ὅς γε καὶ τοὔνομα θεῖναι τῇ πόλει ἀπὸ τῆς ἱερουλίας αὐτοῖς ἐπόλμησεν εἰπεῖν, τοῦτο δὲ μὴ θαυμάσῃς ἐάν. δῆλον γὰρ ὅτι τοῖς μὲν ὕστερον γενομένοις αἰσχύνην τοὔνομα καὶ μῖσος ἔφερεν. αὐτοὶ δὲ οἰκίζοντες τὴν πόλιν, κοσμοῦντες αὐτοὶ ὑπολάμβανον ὄνομα ὀνομάζοντες. ὁ δὲ γενναῖος ὑπὸ πολλῆς τῆς λοιδορίας ἀκρασίας οὐ συνῆκεν, ὅτι ἱερουσαλὴμ οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν φωνὴν ἰουδαῖοι τοῖς ἕλλησιν ὀνομάζομεν. τί δὲ ἔτι πλείω τὸν λέγει θεὸς τὸν ψευδόμενον οὕτως ἀναισχύντως; ἀλλ' ἐπεὶ δὴ σύμμετρον ἤδη τὸ βιβλίον εἴληφε μέγεθος, ἑτέραν ποιησάμενος ἀρχὴν, τὰ λοιπὰ τῶν εἰς τὸ προκείμενον ποιήσομαι τῆς σπουδῆς.

A ad templa collectam multitudinem Iudæorum, incertum leprosis ne nomen imponens, an quòd solos Iudæos morbus occuparit. dicit enim populus Iudæorum. Qualis? aduena, an indigena? Cur igitur eos cùm sint Ægyptij, Iudæos vocas? Quòd si hospites sunt, cur vndénam sint non dicis? Quomodo autem cùm rex tam multos ex his mari mersisset, reliquos in loca deserta eiecisset, tanta multitudo superfuit? aut quomodo pertransierunt desertum, &

B occupauerunt regionem quam nunc tenemus, & condiderunt vrbem, & extruxerunt templum apud omnes celebre? oportebat autem de legislatore non solùm nomen dicere, sed & genus, quisnam, & ex quibus ortus. quamobrem verò tales eis inter eundem aggressus sit ferre leges, de diis, etiam erga homines iniustas. Siue enim Ægyptij erant genere, non tam facilè patrios mores mutare potuissent, siue aliunde erant, omnino aliquas habebant leges

C longa consuetudine obseruatas. Si igitur de expulsoribus suis iurassent, nunquam se illis fore beneuolos, rationem non absurdam habuissent. Quòd si bellum interneciuum aduersus vniuersos mortales susceperunt, cùm essent (vt ipse ait) miseri, & omnium opis egeni, maxima stultitia non illorum, sed hæc fingentis ostenditur. Iste namque etiam nomen impositum ciuitati à templorum spoliatione, præsumpsit dicere, & hoc postea fuisse mutatum.

D Mirum ni, quia posteris quidem turpe fuit tale nomen & odiosum: ipsi verò qui fundauêre vrbem, ornare semetipsos etiam vocabulo credidêre. Hic autem generosus vir præ nimia detrectationis impotentia non intellexit, Hierosolyma non idem voce Iudaica quod Græca significare. Quid ergo amplius quilibet diceret contra mendacium tam impudenter expositum? Sed quoniam congruam iam magnitudinem suscepit hic liber, aliud faciens principium, cætera præsentiis operis explanare tentabo.

# ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ

## ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ ΛΟΓΟΣ Β'.

# FLAVII IOSEPHI DE ANTIQVITATE IVDÆORVM

## CONTRA APIONEM ALEXANDRINVM,

## LIBER SECVNDVS.

PRIORI quidem volumine, carissime mihi Epaphrodite, de antiquitate nostra monstraui, Phœnicum & Chaldæorum, Ægyptiorúmque literiș satisfaciens veritati: multósq; Græcorum conscriptores adducens, & meam è diuerso disputationem aduersus Manethonem, & Chæremonem, & alios quosdam exhibui. nunc autem inchoabo reliquos arguere, qui cõtra nos aliqua conscripsêre. Impulsus enim sum contra Apionem respondere grammaticum, si tamẽ assumi hoc oportet officium. Horum igitur, quę ab eo conscripta sunt, alia quidem similia sunt dictis aliorum, alia valde frigida. Plurima verò quandam tantummodo detractionem habentia, & multam (vt ita dixerim) ineruditi probationem, tanquam ab homine composita, & moribus prauo, & totius vitæ suæ temporibus importuno. Quia verò multi hominum propter stultitiam suam his potiùs sermonibus capiuntur, quàm illis quæ multo studio conscribuntur: & derogationibus quidem gaudent, præconiis verò mordentur, necessarium duxi ne hunc quidem inscrutatum relinquere, qui nos tanquam in iudicio criminatur. etenim hoc quoque plerisque mortalium insitum video, vt gaudeant quoties maledicus quispiam ipse sua mala à lacessito audit. Et quidem nec orationem eius legere facilè est, neque apertè cognoscere quid dicere velit: sed velut in multa tumulatione ac mẽdaciorum perplexitate nunc similia suprà pensitatis de maiorum nostrorum ex Ægypto migratione affert: nunc incolas Alexandriæ Iudæos calumniatur: insupérque de sacris templi nostri ceremoniis atque aliis ritibus nostris accusationem admiscet. Patres igitur nostros nec Ægyptios genere fuisse, neque ob labẽ corporũ aut similẽ aliã calamitatẽ inde pulsos, nõ mediocriter solũ, sed penè vltra modũ,

A ΔΙΑ μὲν οὖν τῷ προτέρῳ βυβλίῳ τιμιώτατέ μοι ἐπαφρόδιτε, περί τε τῆς ἀρχαιότητος ἡμῶν ἐπιδείξας, τοῖς φοινίκων καὶ χαλδαίων καὶ αἰγυπτίων γράμμασι πιστωσάμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ πολλοὺς τῶν ἑλλήνων συγγραφεῖς παραχρώμενος μάρτυρας, τῶν τε αἰτήρρησιν ἐποιησάμην πρὸς μανεθῶνα καὶ χαιρήμονα καὶ τινας ἑτέρους. ἄρξομαι δὲ νῦν τοῖς ὑπολειπομένοις τῶν γεγραφότων τὰ καθ' ἡμῶν ἐλέγχειν. καί τοι πρὸς ἐ πρὸς ἀπίωνα τ γραμματικὸν αἰτήρρησεως ἐπῆλθεμοι διαπορεῖν, εἰ χρὴ ἀπουδάσαι. τὰ μὲν γάρ ὅτι τῶν ὑπ' αὐτῶ γεγραμμένων τοῖς ὑπ' ἄλλων εἰρημένοις ὅμοια, τὰ δὲ λίαν ψυχρὰς προσέθεικεν. τὰ πλεῖστα δὲ βωμολοχίαν ἔχει, καὶ πολλὴν εἰ δεῖ τὰληθὲς εἰπεῖν ἀπαιδευσίαν, ὡς αὐ ὑπ' ἀνθρώπου συγκείμενα κ φαύλου τὸν τρόπον, καὶ πρὸς τούτοις τὸν βίον ἐχλαγαροῦ γεγονότος. ἐπεὶ δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων διὰ τὴν ἀδοιαν ὑπὸ τῶν τοιούτων ἁλίσκονται λόγων μᾶλλον, ἢ τῶν μετά πονῶν πουδῆς γεγραμμένων, καὶ χαίρουσι μὲν ταῖς λοιδορίαις, ἄχθονται δὲ τοῖς ἐπαίνοις, ἀναγκαῖον ἡγησάμην εἶναι, μὴ δὲ τοῦτον ἀνεξέτασον καταλιπεῖν, κατηγορίαν ἡμῶν ἀπῆκρυς ὡς ἐν δίκῃ γεγραφότα. καὶ γὰρ αὐ κἀκεῖνο τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ὁρῶ συμβαινοῦσι, τὸ λίαν ἐφήδεσθαι, ὅταν τὸν ἀρξάμενον βλασφημεῖν ἕτερον, αὐτὸς ἐλέγχηται πρὸς τῶν ἀυτῶ πεπονθότων κακῶν. ἔστι μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιον ἀυτὸ διελθεῖν τὸν λόγον, οὐδὲ σαφῶς γνῶναι τὸ λίαν βούλεται. χεδὸν δὲ ὡς ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ψευσμάτων συγχύσει, τὰ μὲν εἰς τὴν ὁμοίαν ἰδίαν πίπτει τοῖς προξεπτασμένοις, πρὸς τῆς αἰγύπτου τῶν ἡμετέρων προγόνων μεταναστάσεως. τὰ δὲ ὀξὺ κατηγορία τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων ἰουδαίων. ἔτι δὲ ὅπῃ τοῦτοις μέμικται, πρὸς τῆς ἀγιείας τῆς κ τὸ ἱερὸν ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νομίμων κατηγορίας. ὅτι μὲν οὖν οὔτε αἰγύπτιοι τὸ γένος ἦσαν ἡμῶν οἱ πατέρες, οὔτε διὰ λύμην σωμάτων, ἢ τινὰ τὰς ἄλλας συμφορὰς τινας ἐκεῖθεν ἐξελάθησαν, οὐ μόνον μετρίως, ἀλλὰ καὶ πέρα τῆς συμμέτρου

B

C

D

προπο-

πρεσβυτέρων τῶν Αἰγυπτίων νομίζω. δεῖ δὲ ὧν ὁ πρεσβύτατος Ἀπίων ὑπομνησθήσομαι συντόμως. φησὶ γὰρ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν τάδε. Μωσῆς ὡς ἤκουσα, παρὰ τοῖς πρεσβυτέροις τῶν Αἰγυπτίων, ἦν Ἡλιουπολίτης. ὃς πατρίοις ἔθεσι κατηγυημένος, ἀθέοις προσευχὰς ἀπῆγε, εἰς οἷους εἶχεν ἡ πόλις προσεύβολους. πρὸς ἀφηλιώτην ὁ πᾶσαν ἀπεστρέφεν. ὧδε γὰρ καὶ ἡ Ἡλίου κεῖται πόλις. αὐτὰ ὁ ὀβελοὺς ἔστησε κίονας. ὑφ' οἷς λίθῳ ἐκτύπωμα σκάφης, σκιὰ δ' αὐτοῦ ἐπ' αὐτὴν ἐγκαθιδρύει, ὡς ὅτι ἐν αἰθέρι τοῦτον ἀεὶ τὸν ἥλιον συμπεριπολεῖ. τοιαύτη μέν τις ἡ θαυμαστὴ τῶν γραμματικῶν φράσις. τὸ δὲ ψεῦσμα λόγων ἐν δόμῳ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων περιφανές. ὅτι γὰρ αὐτὸς Μωσῆς ὅτι τὴν πρώτην σκηνὴν τῷ θεῷ κατεσκεύασεν, αὐθὶς ἐκτύπωμα τοιοῦτον εἰς αὐτὸν ἐνέθηκεν, ἢ τε ποιεῖν τοῖς ἐπέτα προσέταξεν, ὅτι μὴ ταῦτα κατασκεύασας τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις Σολομὼν, πάσης ἀπέχετο τοιαύτης περιεργίας, οἵαν συμπέπλεκεν Ἀπίων. ἀκούσας δὲ φησὶ τῶν πρεσβυτέρων, ὅτι Μωσῆς ὁ Ἡλιουπολίτης, δηλονότι νεώτερος ὢν αὐτὸς, ἐκείνοις δὲ πιστεύσας, τοῖς δὲ τὴν ἡλικίαν διαφέρουσι αὐτὸν καὶ συγγενομένοις. καὶ περὶ μὲν ὁμήρου τὸν ποιητὴν, γραμματικὸς ὢν αὐτὸς, οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν ἀκριβῶς ὅστις ἐγένετο μόνον οὐκ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότος. περὶ δὲ Μωσέως τοσούτῳ πλήθει πρεσβύτερον ἐκείνου ἐτῶν, οὕτως ἀποφαίνεται ῥᾳδίως πιστεύων ἀκοῇ πρεσβυτέρων, ὡς δῆλός ἐστι καταψευσάμενος. τὰ δὲ δὴ τῶν χρόνων, ἐν οἷς φησὶ τὸν Μωσῆν ἐξαγαγὼν τοὺς λεπροὺς καὶ τυφλοὺς, καὶ τοὺς βάσει πεπηρωμένους, πρόσρα δὴ τοῖς παρ' αὐτῷ συμπεφώνηκεν ὡς οἶμαι ὁ γραμματικὸς ὁ ἀκριβής. μανεθὼς μὲν γὰρ καὶ τῷ τεθμώσιος βασιλείας ἀπαλλαγῆναι φησὶν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους, πρὸ ἐτῶν ἑξακοσίων ἐνενηκοντατεσσάρων, τῆς εἰς Ἄργος Δαναοῦ φυγῆς. Λυσίμαχος δὲ καὶ βόκχορεν τὸν βασιλέα. τουτέστι πρὸ ἐτῶν χιλίων ἑπτακοσίων, μόλων δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ὡς αὐτοῖς ἔδοξεν. ὁ δὲ γε πάντων πιστότατος Ἀπίων ὡρίσατο τὴν ἔξοδον ἀκριβῶς, κατὰ τὴν ἑβδόμην ὀλυμπιάδα. καὶ ταύτης ἔτος ἕβδομον, ἐν ᾧ φησὶ καρχηδόνα φοίνικες ἔκτισαν. τοῦτο δὲ πάντως προσέθηκε τὴν καρχηδόνα, τιμιώτερον οἰόμενος αὐτῷ γνώσεσθαι τὴν ἀλήθειαν ἐναργέστατον. οὐ σιωπᾷ ὃ καθ' ἑαυτὸν τὸν ἔλεγχον ὑπεσχόμενος. εἰ γὰρ δὲ τὰ ἀποικίας πιστεύειν δεῖ ταῖς φοινίκων ἀναγραφαῖς, ἐν ἐκείναις εὕρομος ὁ βασιλεὺς γεγραμμένος πρεσβύτερος τῆς καρχηδόνος κτίσεως, ἔτεσι πλείοσι πρὸς τοῖς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, πρὸ οὐ τὰς πίστεις αὐτοῖς παρέχον ἐν τῇ φοινικῶν ἀναγραφῇ, ὅτι Σολομῶντι τῷ τὸν ναὸν οἰκοδομησαμένῳ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, φίλος ἦν εὕρομος, καὶ πολλὰ συνεβάλλετο πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευήν. αὐτὸς δὲ ὁ Σολομῶν φιλοδόμησε τὸν ναὸν, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους, δώδεκα καὶ ἑξακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλαττόνων τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ χρήσας, ἑβδόμῃ τῷ τὸν ναὸν οἰκοδομησαμένῳ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, φίλος ἦν εὕρομος, καὶ πολλὰ συνεβάλλετο πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευήν. αὐτὸς δὲ ὁ Σολομῶν φιλοδόμησε τὸν ναὸν, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς Ἰουδαίους, δώδεκα καὶ ἑξακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν ἐλαττόνων τὸν αὐτὸν Λυσιμάχῳ χρήσας, ἑβδόμῃ φησὶ μυριάδας, θαυμαστήν τινα καὶ πιθανὴν ἐπιδείξειν αἰτίαν, ἀφ' ἧς φησὶ τὸ σάββατον ὠνομάσθαι. ὁδὸν δύσαντες γὰρ φησὶν ἐξ ἡμέρων ὁδὸν βουβῶνας ἔχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο σωθέντες εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν Ἰουδαίαν λεγομένην, καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέραν σάββατον, σώζοντες τὴν Αἰγυπτίων γλῶτταν.

A superiùs à me declaratum existimo: cæterùm quæ his adiungit Apion, compendio memorabo. Dicit enim in tertio rerum Ægyptiacarum hæc: Moses, vt accepi à grandioribus natu Ægyptiis, Heliopolitanus erat, qui patriis institutus moribus, subdiuales precationes ad septa qualia ciuitas habebat, reduxit. ad subsolanum autem omnia conuertebat. ita enim Heliopolis sita est. pro obeliscis verò statuit columnas, sub quibus ceu peluis forma B exprimebatur: vmbra in eam incidens, vtpote per sudum, eundem semper cum sole cursum circumuoluebat. Atque huiuscemodi est admiranda illa huius grãmatici phrasis. Mẽdacium verò eius non tam nostris verbis euidenter coarguitur, quàm Mosaos operibus. neque enim cũ primũ tabernaculum Deo construeret, aut ipse vllam talem formam ei indidit, aut posteros facere præcepit: atq; is qui postea tẽplum Hierosolymis construxit Solomon, omni tali curiositate abstinuit, qualem cõfinxit C Apion. Accepisse autem se dicit à maioribus natu Mosen Heliopolitanum: scilicet ipse iunior, sed his fidem habens, qui per ætatem illum familiariter nouerant. Et de Homero quidem poëta, quamuis grammaticus, non posset quænam eius sit patria certò affirmare, neque de Pythagora tantũ non heri nudiúsve tertius nato: de Mose verò tam multis annis illos precedente tam facilè decernit, credens seniorum D relationi: vnde manifestè illum mentiri apparet. Quin & temporum ratio, quibus Mosẽ ait eduxisse leprosos & cæcos & claudos, bellè cõcinit iuxta grammaticum hũc diligentissimũ. Manetho enim regnante Tethmosi Iudæos dicit ex Ægypto discessisse, annis CCCXCIII. antequam Danaus apud Argos exularet. Lysimachus autem tempore Bocchoris regis, hoc est ante annos MDCC. Molon verò & alij quidam, vt cuique visum est. At verò Apion cæteris fide dignior, E exactè illum exitum definiuit VII. Olympiade, & huius anno primo quo, vt ait, Pœni Carthaginem condiderunt. Carthaginis autem mentionem adiecit, ratus argumentum id veritatis se habiturum euidẽtissimum: nec animaduertit à semetipso adductum quo coargueretur. si enim de hac colonia monumentis Phœnicũ credendum est, in illis Hiram rex traditur antiquior Carthagine condita annis plus quàm centum quinquaginta, F de quo superiùs ex Phœnicum commentariis probaui, quòd Solomoni templi Hierosolymitani conditori amicus fuerit, & multa ad templi fabricam contulerit. Solomon verò ædificauit templum post Iudæorum discessum ex Ægypto annis DCXII. Porrò numerum pulsorum eundem, quem Lysimachus cõmentus (ait enim C. & X. eorum fuisse millia) miram quãdam & credibilem reddit causam, cur sabbatum nominatus sit. Exacto enim (inquit) sex dierum itinere, inguinum vlceribus affecti sunt: & hac de causa septima die quieuerũt, incolumes cõstituti in regione, quæ nunc Iudæa vocatur. & appellauerunt eam diem sabbatum, seruata Ægyptiorum voce.

nam inguinis morbum Ægyptij vocant sabbatosim. An non igitur vel deridenda hæc nugacitas, vel contrà odio habenda talis in scribendo impudentia? Apparet enim quòd omnes inguinibus laborauerint, hominum millia centum & decem. Atqui si erant cæci & claudi & morbidi, quales fuisse Apion ait, ne vnius quidem diei iter progredi potuissent: sin autem poterant per magnam solitudinem proficisci, prætereaque sibi obsistentes vincere popularitèr repugnando, nequaquam vniuersi post sextam diem inguinum morbo correpti fuissent. Neque enim naturaliter tale quippiam euenire iter agẽtibus necesse est, sed plurimorum millium exercitus definita semper itinera peragunt: neque temere ita accidisse verisimile videtur, est enim omnino absurdum. At verò mirificus hic Apion sex quidem diebus eos peruenisse in Iudæam prædixit: rursus autem Mosen conscenso monte, qui Ægyptum inter & Arabiam situs est, nomine Sinæus, quadraginta diebus delituisse dicit, indéque descendentẽ Iudæis leges dedisse. atqui quomodo possibile est, eodem & quadraginta dies in deserto ac inaquoso loco manere, & quod in medio spatium est, id totũ sex diebus pertransire? Sabbati verò appellationis grãmatica ratio, quam adfert, multam impudentiam præ se fert, vel certè magnã imperitiam. Nam hæ voces Sabbo & Sabbatum, inter se maximè differunt. Sabbatum enim secundùm Iudæos quies est ab omni opere. Sabbo verò, vt ille affirmat, Ægyptiis inguinum morbum significat. Tales quasdam de Mose & Iudæorum ex Ægypto profectione Ægyptius Apion nouitates finxit, præter aliorum commentus autoritatem. Et quid mirum si de nostris mentitur patribus? quandoquidem de se ipso contrà mentitus est: & natus in Oasi Ægypti, primas iste Ægyptiorum existimatus, veram quidem patriam & genus suũ abiurauit: Alexandrinum autem se mentitus, confirmat generis sui prauitatem. Meritò igitur quos odit & cõuitiis insectatur, eos Ægyptios appellat. nisi enim pessimos esse existimaret Ægyptios, semet ex eorum genere haud eximeret: quandoquidem qui se celebritate patriæ iactant, honorificum quidem ducunt ab ea denominari, coarguunt verò eos, qui præter ius in eandem sese ingerere conantur. Erga nos autẽ alterutro modo affecti sunt Ægyptij: aut enim ceu gloriabundi cognatos se simulant, aut participes nos infamiæ suæ cooptant. At præclarus iste Apion videtur contumeliosam nostrũ insectationem, quasi mercedem voluisse reddere Alexandrinis, pro data sibi ciuitate: sciénsque eorum cum habitatoribus Alexandriæ Iudæis simultatem, proposuit quidem illis conuicium facere, vnà tamen comprehendit reliquos quoque vniuersos, vtrobique impudenter mentiens. Videamus igitur, quænam sint illa grauia & non ferenda, de quibus habitatores Alexandriæ Iudæos accusat. Venientes, inquit, è Syria, sedes fixerunt ad importuosũ mare, vndarũ vicini assultribus. Ergo si locus opprobriũ habet, non quidẽ patrię suę sed tamen quã patriã dicit, Alexãdrię cõuiciatur. Illi enim & maritima ora pars est, vt omnes

A τὸ γὰρ βυβῶνος ἄλγος καλοῦσιν αἰγύπτιοι σαββάτωσιν· οὐκ οὖν ἄν τις ἢ καταγελάσῃ τῆς φλυαρίας, ἢ τοὐναντίον μισήσῃ τὴν ἐν τῷ γράφειν αἰσχίστην ἀναίδειαν. δῆλον γὰρ ὅτι πάντες βυβωνιάσαιεν σὺν ἑκατὸν μυριάσι ἀνθρώπων. ἀλλ' εἰ μὴ ἦσαν ἐκεῖνοι τυφλοὶ καὶ χωλοὶ καὶ πάντα τρόπον νοσοῦντες, ὁποίους αὐτοὺς εἶναι φησὶν ἀπίων, οὐδὲ μὰ μιᾶς ἡμέρας προελθεῖν ὁδὸν ἠδυνήθησαν. εἰ δ' οἷοι βαδίζειν διὰ πολλῆς ἐρημίας, καὶ προσέτι νικᾶν τοὺς αὐτοῖς ἀντιστασιάζοντας μαχόμενοι πάντες, οὐκ ἂν ἀθρόοι μετὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν βυβωνιάσαιεν. ὅτι γὰρ φύσει πως γίνεται τοιοῦτον τοῖς βαδίζουσιν εἰς ἀνάγκης. ἀλλὰ πολλαὶ μυριάδες στρατοπέδων τὸ σύμμετρον ἀεὶ βαδίζουσιν. οὔτε κατ' αὐτόματον εἰκὸς οὔτε συμβῆναι πάντων γὰρ ἀλογώτατον. ὁ δὲ θαυμαστὸς ἀπίων διὰ μὲν ἓξ ἡμερῶν αὐτοὺς εἰς τὴν ἰουδαίαν προσήγαγεν· πάλιν δὲ τὴν ἐκεῖνον εἰς τὸ μεταξὺ τῆς αἰγύπτου καὶ τῆς ἀραβίας ὄρος, ὃ καλεῖται σίναιον, ἀναβαίνα φησὶν ἡμέρας τεσσαράκοντα κρυφθῆναι, κἀκεῖθεν καταβαίνα, δοῦναι τοῖς ἰουδαίοις τοὺς νόμους. καί τοι πῶς οἷόν τε τοὺς αὐτοὺς καὶ τεσσαράκοντα μεῖναι ἡμέρας ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ τόπῳ, καὶ τὴν μεταξὺ πᾶσαν ἐν ἡμέραις ἓξ διελθεῖν. ἡ δὲ τῆς ὀνομασίας τῆς σαββάτου γραμματικὴ μετάθεσις, ἀναίδειαν ἔχει πολλὴν ἢ δεινὴν ἀμαθίαν. τὸ γὰρ σαββὼ καὶ σάββατον πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ σάββατον κατὰ τὴν ἰουδαίαν διάλεκτον ἀπαυσίς ἐστιν ἀπὸ παντὸς ἔργου. τὸ δὲ σαββὼ καθάπερ ἐκεῖνος φησὶ δηλοῖ παρ' αἰγυπτίοις τὸ βυβῶνος ἄλγος. τοιαῦτα μέν τινα θεὶ μωσέως καὶ τῆς ἐξ αἰγύπτου διαβάσεως τοῖς ἰουδαίοις ἀπαλλαγῆς ὁ αἰγύπτιος ἀπίων ἐπανοπόιησε, πολλὰς τοῖς ἄλλοις ἐπινοήσας. καὶ τί γε δεῖ θαυμάζειν, εἰ θεῖ τοῖς ἡμετέροις ψεύδεται προγόνοις, λέγων αὐτοὺς εἶναι τοὺς αἰγυπτίους. αὐτὸς γὰρ θεὶ αὐτὸ τοὐναντίον ἐψεύσατο. ἐγνωρίμου δὲ ἐν ἀσῃ τῆς αἰγύπτου, πάντων αἰγυπτίων πρῶτος ὢν ὡς αὐ εἴποι τις, τὴν μὲν ἀληθῆ πατρίδα καὶ τὸν γένος ἐξωμόσατο. ἀλεξανδρεὺς δὲ ὢν κατεψεύσατο, ὁμολογεῖ τὴν μητρίαν τῆς γένους. εἰκότως ἂν εἴς μισεῖ ἐν βούλεται λοιδορεῖν τοὺς αἰγυπτίους καλῶν. εἰ μὴ γὰρ φαυλοτάτους εἶναι ἐνόμιζεν αἰγυπτίους, οὐκ ἂν τοῦ γένους αὐτὸς ἐφυγόν. ὡς οἱ μεγαλοφρονοῦντες ὅτι τῆς ἑαυτῶν πατρίδος, σεμνύνοντες μὲν ὑπὸ τούτων αὐτοὶ χρηματίζοντες, τοὺς ἀδίκως δι' αὐτῶν αὐτοποιουμένους ἐπέχουσι. πρὸς ἡμᾶς δὲ ἑκάτεροι αἰγύπτιοι πεπόνθασιν. ἢ γὰρ ὡς ἐπιστεμνυνόμενοι προσαγορεύουσι τὴν συγγένειαν, ἢ κοινωνοὺς ἡμᾶς ὑπιόντες τῆς αὐτῶν κακοδοξίας. ὁ δὲ λαμπρὸς ἀπίων, δοκεῖ μὲν τὴν βλασφημίαν τὴν καθ' ἡμῶν ὡσανεί τινα μισθὸν ἐθέλειν ἀποδοῦναι τοῖς ἀλεξανδρεῦσι, τῆς δοθείσης αὐτῷ πολιτείας. καὶ τὴν ἀπόθειαν αὐτῶν ἐπιστάμενος, τῷ πρὸς τοὺς συνοικοῦντας αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἀλεξανδρείας ἰουδαίους, προυτέθετο μὲν ἐκείνοις λοιδορεῖν, συμπεριλαμβάνει δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ἐν ἀμφοτέροις αἰσχύνων ψευδόμενος. τίνα τόπον ὅτι τὰ δεινὰ καὶ χαίτλια τῷ ἐν ἀλεξανδρείᾳ καὶ τοῖς οἰκοῦσιν ἰουδαίοις, ἃ κατηγόρηκεν αὐτῶν ἴδωμεν. ἥδοντες, φησίν, ἀπὸ συρίας ὤκησαν πρὸς ἀλίμενον θάλασσαν, γειτνιάσαντες ταῖς τῶν κυμάτων ἐκβολαῖς. οὐκ οὖν ὁ τόπος εἰ λοιδορίαν ἔχει, τὴν οὐ πατρίδα μὲν, λεγομένην δ' αὐτῷ, τὴν ἀλεξανδρείαν λοιδορεῖ. ἐκείνης γὰρ καὶ τὸ παράλιον ὅτι μέρος ὡς πάντες ὁμολο-

ὁμολογοῦσιν εἰς κατοίκησιν τὸ κάλλιστον. ἰουδαῖοι δ' εἰ μὴ βιασάμενοι κατέχον, ὡς μηδ' ὕστερον ἐκπεσεῖν, ἀνδρίας τεκμήριον ἐς αὐτοῖς. εἰς κατοίκησιν δὲ αὐτοῖς ἔδωκε τόπον ἀλέξανδρος, καὶ ἴσης τοῖς μακεδόσι τιμῆς ἐπέτυχον. οὐκ οἶδα δὲ τί ποτ' ἂν ἔλεγεν ἀπίων, εἰ περὶ τὴν νεκρόπολιν κατῴκουν, καὶ μὴ περὶ τοῖς βασιλείοις ἵσαν ἱδρυμένοι, καὶ μέχρι νῦν αὐτῶν ἡ φυλὴ τὴν προσηγορίαν εἶχον μακεδόνες. εἰ μὲν οὖν ἀναγνοὺς τὰς ὁπισταλὰς ἀλέξανδρου τοῦ βασιλέως, καὶ τὰς πτολεμαίου τοῦ λάγου, καὶ τὴν μετ' ἐκεῖνον τῆς αἰγύπτου βασιλέων ἐντυχὼν τοῖς γράμμασι, καὶ τὴν στήλην τὴν ἑστῶσαν ἐν ἀλεξανδρείᾳ, καὶ τὰ δικαιώματα προσέχουσαν, ἃ καῖσαρ ὁ μέγας τοῖς ἰουδαίοις ἔδωκεν. εἰ μὲν οὖν ταῦτα φησὶ γινώσκων, τὰναντία γράφειν ἐτόλμησε, πονηρὸς ἦν. εἰ δὲ μηδὲν ἠπίστατο τούτων, ἀπαίδευτος. τὸ δὲ θαυμάζειν πῶς ἰουδαῖοι ὄντες ἀλεξανδρεῖς ἐκλήθησαν, τῶν ὁμοίας ἀπαιδευσίας. πάντες γὰρ οἱ εἰς ὁποικίαν τινὰ καταχθέντες, κἂν πλεῖστον ἀλλήλων τοῖς γένεσι διαφέρωσιν, ὑπὸ τῶν οἰκισάντων τὴν προσηγορίαν λαμβάνουσι. καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν. αὐτὸν γὰρ ἡμῶν οἱ τὴν ἀπόχθαν κατοικοῦντες, ἀποχθῆς ὀνομάζονται. τὴν γὰρ πολιτείαν αὐτοῖς ἔδωκεν ὁ κτίστης σέλευκος. ὁμοίως οἱ ἐν ἐφέσῳ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ἰωνίαν, τοῖς αὐτοχθονεῖ πολίταις ὀνομαζόμενοι, τὸ παρὰ τῶν αὐτοῖς τῶν διαδόχων. ἡ ῥωμαίων φιλανθρωπία πᾶσιν μικρὸν δῶρον τῆς αὐτῶν προσηγορίας μεταδιδόασιν, οὐ μόνον ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις ἔθνεσιν ὅλοις. ἴβηρες γὰρ οἱ πάλαι, καὶ τυρρήνιοι καὶ σαβῖνοι, ῥωμαῖοι καλοῦνται. εἰ δὲ τοῦτον ἀφαιρεῖται τὸν τρόπον τῆς πολιτείας ἀπίων θαυμάσθω λέγων αὐτὴ ἀλεξανδρία. γνησθεὶς γὰρ ὡς πρόσπον ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς αἰγύπτου, πῶς ἂν ἀλεξανδρεὺς εἴη, τῶν κατ' δόσιν πολιτείας ὡς αὐτὸς ἐφ' ἡμῶν ὑξίωκεν ἀναιρουμένης. καὶ τοι μόνοις αἰγυπτίοις οἱ κύριοι τῶν ῥωμαίων τῆς οἰκουμένης, μεταλαμβάνειν ἠπιστοῦσιν πολιτείας ἀνεφρήκασιν. ὁ δ' οὗτος ὅτι γνήσιος, ὡς μετέχειν ἀξιῶν αὐτὸς, ὧν τυχεῖν ἐκωλύετο, συκοφαντεῖν ἐπεχείρησε τοῖς δικαίως λαβόντας. οὐ γὰρ δοκιμάζει τὴν οἰκησόντων τὴν μὴ ἀπαιδεῖς ὑπ' αὐτῆ πόλιν κτιζομένην, ἀλέξανδρος τῶν ἡμετέρων τινὰ ἐκεῖ συνῴκισεν. ἀλλὰ πάντας δοκιμάζων ἐπιμελῶς ἀρετῆς καὶ πίστεως, τοῦτο τοῖς ἡμετέροις τὸ γέρας ἔδωκεν. ἐτίμα γὰρ ἡμῶν τὸ ἔθνος, ὡς κατ' φησιν ἐκατάιος, εἰ ἡμῶν, ὅτι δὲ τὴν ἐπιείκειαν καὶ πίστιν, ἣν αὐτῷ παρέχον ἰουδαῖοι, τὴν σαμαρεῖτιν χώραν προσέθηκεν ἔχειν αὐτοῖς ἀφορολόγητον. ὅμοια δὲ ἀλεξάνδρου καὶ πτολεμαίου ὁ λάγου περὶ τῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων ἐφρόνησεν. καὶ γὰρ τὰ κατ' τὴν αἴγυπτον αὐτοῖς ἐπεχείρισε φρουρεῖα, πιστῶς ἅμα καὶ γνησίως φυλάξειν ὑπολαμβάνων. καὶ κυρήνης ἐγκρατεῖς ἄρχειν βουλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ λιβύῃ πόλεων, εἰς αὐτὰς μέρος ἰουδαίων ἔπεμψε κατοικῆσον. ὁ δὲ μετ' αὐτὸν πτολεμαῖος ὁ φιλάδελφος ὁπικληθεὶς, οὐ μόνον εἴ τινες αἰχμάλωτοι παρ' αὐτῷ τῶν ἡμετέρων, πάντας ἀπέδοκεν, ἀλλὰ καὶ χρήματα πολλάκις ἐδωρήσατο. καὶ τὸ μέγιστον, ὑπεμνήσθη ἐγνώσθη τὰ γράμματα τοῖς ἡμετέροις νόμοις, καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν γραφῶν βύβλοις ἐντυχεῖν. ἔπεμψε γοῦν ἀξιῶν ἄνδρας ὁποσταλῶναι

confirmant ad inhabitandum optima: quam si Iudæi per vim occupauerunt, ita vt ne post quidem eiicerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Verùm Alexander eis locum ad incolendum dedit, & parem cum ipsis à Macedonibus honorem consecuti sunt. Nescio autem quid dicturus fuerit Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non circa regiam sedes posuissent, & hodiéque eorum tribus appellaretur Macedones. Igitur si legit epistolas Alexandri regis, Ptolemeíque Lagi ac successorum illius Ægypti regum, & columnam stantem Alexandrię ac iura continẽtem quæ Cæsar magnus Iudæis concessit: hæc, inquam, si sciens, contraria scribere ausus est, malus erat: sin autẽ nihil horum nouit, indoctus. Illud quoque quod se mirari dicit, quòd cũ Iudæi essent, Alexandrini vocati sunt, similis inscientiæ est. Omnes etenim qui ad coloniam aliquam deuocantur, etsi plurimum ab alterutris genere differant, à conditoribus appellationem accipiũt. Et quid opus est de aliis dicere? nostrorum enim ipsorum hi, qui Antiochiam inhabitant, Antiocheni nominãtur. Ius enim ciuium eis dedit conditor Seleucus. Similiter & qui in Epheso cõmorãtur, & alia Ionia cũ ciuibus exinde natis eãdẽ appellationẽ habent, hæc præbẽtibus eis regni successoribus. Romanorũ verò clementia, cunctis non paruulum donum appellationis suæ concessit, non solùm viris singulis, sed etiam maximis gentibus in communi. Hispani denique antiqui, & Tyrrheni, & Sabini, Romani vocantur. Si verò hunc modum aufert cõmunis ciuitatis Apion, desinet semetipsum Alexandrinum dicere. Natus enim in intima Ægypto, quomodo erit Alexandrinus, iure ciuitatis, sicut ipse in nobis dicit, ablato? cùm solis Ægyptiis nunc orbis domini Romani, participari cuiuslibet ciuitatis interdixisse videantur. Hic autẽ præclarus dignitates quas ipse impetrare prohibetur adipisci non valens, calumniari conatur eos, qui hæc iustissimè percepêre. Non enim propter inopiam habitatorum ciuitatis, quam studiósè ædificabat Alexander, nostrorũ aliquos ibi collegit: sed omnes approbans diligenter ex virtute, ac fide dignos inueniens, hoc præconium nostris exhibuit, cùm gentem nostram studeret non mediocriter honorare. Ait enim Hecataeus, quia propter mansuetudinẽ atq; fidem, quam ei præbuêre Iudæi, Samariam regionem adiecit, vt eam sine tributis haberent. Similiter quoque sensit post Alexandrum etiam Ptolemęus Lagi de Iudæis in Alexandria commorantibus. Nam Ægyptiaca eis castra commisit, arbitratus fide simul eorum & fortitudine conseruanda: & in Cyrene credens se tutissimè regnaturũ, & in aliis Libyæ ciuitatibus, ad ea loca partem Iudæorum habitandi causa direxit. Post hunc autẽ Ptolemæus qui Philadelphus est appellatus, non solùm si qui fuêre captiui apud eos nostrorum, omnes absoluit, sed & pecunias eis sæpiùs condonauit: & (quod maximum est) desiderauit agnoscere nostras leges, & sacratũ scripturatũ volumina concupiuit: misitq; rogãs destinari virõs,

qui ei interpretarentur legem:& vt hæc apprimè conscriberentur, diligentiam hanc commisit non quibuscunque viris,sed Demetrium Phalereum,& Andream,& Aristeum,quorum eruditione sui seculi Demetrius facilè princeps erat,alij verò habebant custodiam corporis sibi creditam,huic curæ præfecit. Nō enim leges, & patrum nostrorum philosophiam discere concupisceret,si his vtentes despiceret & non potiùs valdè miraretur. Apion autem penè omnes in ordine successores eius Macedonum reges ignorauit habuisse erga nos præcipuum familiaritatis affectum.Tertius namque Ptolemæus, qui vocatur Euergetes, fortiter obtinens Syriam vniuersam,nō diis Ægyptiacis pro victoria solennitates gratificas immolauit: sed veniens ad Hierosolymam, multas hostias sicut nostri moris est, Deo gratificauit, dignissimáque dicauit ornamenta victoriæ. Philometor autem Ptolemæus, & eius vxor Cleopatra, omne regnum commisêre Iudæis: & duces totius fuêre militiæ Onias & Dositheus Iudæi: quorum nominibus derogat Apion,cùm debuisset opera eorum potiùs mirari,& gratias agere, quoniam liberauêre Alexandriam, cuius ciuis videri vult. Nam dum rebellio surrexisset in Cleopatræ regno, & periculum pessimæ perditionis instaret,istorum labore ciuitas intestinis prælijs est erepta. Sed postea,inquit,Onias ad vrbem deduxit exercitum paruum, cùm esset illic Thermus præsens Romanorum legatus: quod (vt ita dicam)rectè atque iustè factum est. Ptolemæus enim, qui cognominatus est Physcon, moriente suo patre Ptolemæo Philometore, egressus est de Cyrene, volens reginam Cleopatrā expellere.

[Et filios regis, vt ipse regnum iniustè sibimet applicaret:propter hæc ergo Onias aduersus eum bellum pro Cleopatra suscepit: & fidem quam habuit circa reges,nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus iustitiæ eius manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemæus cùm aduersum exercitum quidem Oniæ pugnare præsumeret,omnes verò Iudæos in ciuitate positos cum filiis & vxoribus capiens, nudos atque vinctos elephantis subiecisset, vt ab eis conculcati deficerent, & ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium quæ præparauerat,euenêre. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Iudæos,impetu facto super amicos eius, multos ex ipsis interemêre. Et post hæc Ptolemæus quidem aspectum terribilem contemplatus est,prohibentem se vt illis noceret hominibus.Concubina verò sua carissima,quam alij quidem Ithacam, alij verò Hirenen denominant: supplicante ne tantam impietatem perageret, & concessit,& ex his quæ egerat vel acturus erat, pœnitentiam egit. Vnde rectè hanc diem Iudæi Alexandriæ constituti, eò quòd apertè à Deo salutem promeruêre, celebrare noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter bellum aduersus Physconem gestum, Iudæos accusare præsumpsit, cùm eos laudare debuerit. Is autem etiam vltimæ Cleopatræ reginæ Alexandrinorum meminit, veluti nobis improperans, quoniam circa nos fuit ingrata: & non potiùs illam redarguere studuit, cui nihil omnino iniustitiæ & malorum operum defuit: vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos,qui etiam dilexerint eam,vel in communi contra Romanos omnes, & benefactores suos imperatores,quæ etiam sororem Arsinoen occidit in templo,nihil sibi nocentem.Peremit autem & fratrem insidiis: paternósque deos, & sepulchra progenitorum depopulata est. Percipiénsque regnum à primo Cæsare, eius filio & successori,rebellare præsumpsit. Antoniúmque corrumpens amatoriis rebus & patriæ inimicum fecit, & infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spolians, alios autem demens ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet ampliùs dici,cùm illum ipsum in nauali certamine relinquens, id est maritum & parentem communium filiorum, tradere cum exercitu principatū, & se sequi coegit? Nouissimè verò Alexandria à Cæsare capta, ad hoc vsque perducta est, vt saltem hinc sperare se iudicaret,si posset ipsa manu sua Iudæos perimere:eo quòd circa omnes crudelis & infidelis extaret. Putásne gloriandum nobis non esse,si quemadmodum dicit Apion,famis tempore Iudæis triticum non est mensa? Sed illa quidem pœnam subiit competentem. Nos autem maximo Cæsare vtimur teste auxilij, atque fidei quam circa eum contra Ægyptios gessimus: necnon & senatu eiúsque consultis, & epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita comprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, & secundùm genera examinare testimonia sub Alexandro facta, & omnibus

A τοὺς ἑρμηνεύσοντας αὐτῷ τὸν νόμον, καὶ τὰ γραφεῖσα ταῦτα καλῶς τῷ ὑπερμέγεθει ἐπέταξεν οὐ τοῖς τυχοῦσιν· ἀλλὰ δημόσιον τὴν φαληρέα, καὶ ἀνδρέαν, καὶ ἀριστέα, τὴν μὲν παιδείᾳ τῇ καθ' ἑαυτὸν διαφέροντα δημόσιον, τοὺς δὲ τὴν τοῦ σώματος αὐτῷ φυλακὴν εἰκοχεφεισμένους, ὅτι τῆς ὑπερμεγεθείας ταύτης ἔταξεν, οὐκ ἂν δήπου τοὺς νόμους καὶ τῷ πάθει ἡμῖν φιλοσοφίαν ὑπομνήσας ἐκμαθεῖν, εἰ τῷ χρωμένῳ αὐτοῖς ἀνδρῶν καταφρονῶν, καὶ μὴ λίαν ἐθαύμαζεν. ἀπίων δὲ χρεῶν ἐφ' ἑξῆς πάντας ἔλαθον οἱ τῷ προγόνων αὐτῷ μακεδόνων βασιλεῖς, οἰκειότατα πρὸς ἡμᾶς διακειμένους. καὶ γὰρ εἷς τις πτολεμαῖος ὁ λεγόμενος εὐεργέτης, καταχὼν ὅλην συρίαν κατ' κράτος, οὐ τοῖς ἐν αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν. ἀλλὰ τῷ θεῷ γενόμενος εἰς ἱεροσόλυμα, πολλὰς ὡς ἡμῖν νόμιμόν ἐστιν ἐπιτέλεσε θυσίας τῷ θεῷ. καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τὴν νίκης ἄξια. ὁ δὲ φιλομήτωρ πτολεμαῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ κλεοπάτρα, τὴν

B

C βασιλείαν ὅλην τῷ ἑαυτῶν ἰουδαίοις ἐπίστευσαν, καὶ στρατηγοὶ πάσης τῆς δυνάμεως ἦσαν, οὐσίας καὶ δοσίθεος ἰουδαῖοι. ὧν ἀπίων σιωπῇ τὰ ὀνόματα, δέον τὰ ἔργα θαυμάζειν καὶ μὴ λοιδορεῖν, ἀλλὰ χάριν αὐτοῖς ἔχειν, ὅτι διεσώσαντο τὴν ἀλεξανδρέων, ἧς ὡς πολίτης ἀπαιτεῖ. πολεμούντων δὲ αὐτῶν τῇ βασιλίσσῃ κλεοπάτρᾳ, καὶ κινδυνευόντων ἀπολέσθαι κακῶς, ὅτι συμβάσεις ἐποίησαν, καὶ τὴν ἐμφυλίων κακῶν ἀπήλλαξαν. ἀλλὰ μετὰ ταῦτα φησὶν ὀνίας δὴ τῷ πόλιν ἄγαγε στρατὸν ὀλίγον, ὄντος ἐκεῖ θέρμου τοῦ ῥωμαίων στρατηγοῦ καὶ παρόντος. ὀρθῶς δὲ ποιῶν φαίνεται μάλα δικαίως. ὁ γὰρ φύσκων ὑπεκλυθεὶς πτολεμαῖος, ὑπὸ θανόντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ πτολεμαίου τοῦ φιλομήτορος, ἀπὸ κυρήνης ἐξῆλθε κλεοπάτρα ἐκβαλεῖν βουλόμενος τῆς βασιλείας.

D *Hic multa desunt in Græco exemplari.*

omnibus Ptolemæis, & quæ à senatu constituta sunt, necnon & maximis Romanis imperatoribus. Si verò Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriæ frumentorum, non accusatio Iudæorum. Quid enim sentiant omnes imperatores de Iudæis in Alexandria commorantibus, palàm est. nam administratio tritici nihilo magis ab eis, quàm ab aliis Alexandrinis translata est. Maximam verò eis fidem olim à regibus datam conseruare, id est, fluminis custodiam, totiúsque custodiæ, nequaquam his rebus indigenos esse iudicantes. Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt ciues, eosdem deos, quos Alexandrini non colunt? Cui respondeo. Quomodo etiam, cùm vos sitis Ægyptij, inter alterutros prælio magno & sine fœdere de religione contenditis? aut certè propterea non vos omnes dicimus Ægyptios, & neque communiter homines, quoniam bestias aduersantes naturæ colitis, multa diligentia nutrientes? cùm genus vtique nostrorum vnum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Ægyptiis tantæ differentiæ opinionum sunt, quid miratis super his, qui aliunde in Alexandriam aduenerunt, si legibus à principio constitutis, circa talia permansêre? Is autem seditionis causa nobis apponit: qui si cum veritate ob hoc accusat Iudæos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare possit, eo quòd noscamur habere concordiam? Porrò etiam seditionis autores, quilibet inueniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse ciues. Donec enim Græci fuêre & Macedones hanc ciuitatem habentes, nullam seditionem aduersus nos gessêre, sed antiquis cessêre solennitatibus. Cùm verò multitudo Ægyptiorum creuisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum verò genus permansit purum. Ipsi igitur molestiæ huius fuêre principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Græcam: sed cunctis scilicet vtentibus malis moribus Ægyptiorum, & antiquas inimicitias aduersum nos exercentibus. E diuerso namque factum est quod nobis improperare præsumunt. nam cùm plurimi eorum non opportunè ius eius ciuitatis obtineant, peregrinos vocant eos, qui hoc priuilegium adomnes impetrasse noscuntur. Nam Ægyptiis neque regum quisquam videtur ius ciuitatis fuisse largitus: neque nunc quilibet imperatorem. Nos autem Alexander quidem introduxit, reges autem auxêre, Romani verò semper custodire dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus: cùm potiùs debuerit admirari magnanimitatem modestiámque Romanorum, quoniam subiectos non cogunt patria iura transcendere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes pium atque legitimum est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate & violentia conferuntur. Græcis itaque & aliis quibusdam, bonum esse creditur imagines instituêre. Denique & patrum & vxorum filiorúmque figuras depingentes exultant; quidam verò etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. alij verò & seruos diligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere videantur? Porrò autem legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus vtilem despiciens, & quoniam totius animati, multò magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. aliis autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos & imperatores & popul. Roman. dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia: & non solùm quotidianis diebus ex impensa communi omnium Iudæorum talia celebramus: verùm cùm nullas alias hostias ex communi, neque pro filiis peragamus, solis imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli persoluimus. Hæc itaque communiter satisfactio posita sit aduersus Apionem pro his, quæ de Alexandria dicta sunt. Admiror autem etiam eos, qui ei huiusmodi fomitem præbuêre, id est, Posidonium & Apollinium Molonis: quoniam accusant quidem nos, quare nos eosdem deos cum aliis non colimus: mentientes autem pariter, & de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impiè agere: cùm sit valdè turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multò magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, asini caput collocasse Iudæos, & id colere, ac dignum facere tanta religione: & hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum, & illud caput inuenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum. Ad hoc igitur primùm quidem respondeo, quoniam Ægyptius vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, cùm non sit deterior asinus furonibus & hircis & aliis, qui sunt apud eos dij. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mendacio. Legibus namque semper vtimur iisdem: in quibus sine fine consistimus. Et cùm varij casus nostram ciuitatem, sicut etiam aliorum vexauerint, & Theos ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, & ad nouissimum Titus Cæsar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic inuenêre: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia verò Antiochus neque iustam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cùm non esset hostis, & socios insuper nos suos & amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic inuenit, multi & digni conscriptores super hoc quoque testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & Castor chronographus, Apollodorus: qui omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera Iudæorum, & spoliasse templum auro argentóque plenum. Hæc igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potiùs habuisset, & impudentiam canis, qui apud ipsos assolet coli: neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Ægyptij crocodilis & aspidibus: quando eos, qui ab istis mordentur, & à crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibimet imposita sustinentes. Et si ad

areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas valdè plagas accipiunt, quippe operibus & ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certè ex rebus initia sumens, hæc implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemia prouenire. Alteram verò fabulam, derogatione nostra plenam, de Græcis apposuit: de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui præsumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per templa transire, quàm sacerdotibus scelesta verba confingere. Isti verò magis studuêre defendere sacrilegum regem, quàm iusta & veracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari & perfidiam ac sacrilegium eius tegere, quo circa gentem nostram est vsus propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam quæ in futuris essent, mentiti sunt. Propheta verò aliorum factus est Apion, & dixit Antiochum in templo inuenisse lectum & hominem in eo iacentem, & appositam ei mensulam maritimis terrenisque volatilium dapibus plenam, & quòd obstupuisset his homo. Illum verò mox adorasse regis ingressum, tanquam maximam sibi opem præbituri: ac procidentem ad eius genua, extensa dextera poposcisse libertatem: & iubente rege vt consideret, & diceret quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quę esset causa ciborum eius, tunc hominem cum gemitu & lacrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Græcum: & dum peragraret prouinciam parandi victus causa, correptum se subitò ab alienigenis hominibus, atque deductum ad templum, & inclusum illic, & à nullo conspici, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primùm quidem hæc sibi inopinabilia beneficia visa attulisse lætitiam: deinde suspicionem, postea stuporem: postremùm consulentem à ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem Iudæorum, pro qua nutriebatur: & hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinum, eúmque annuo tempore saginare, & deductum ad quandam syluam, occidere quidem eum hominem, eiúsque corpus sacrificare secundùm suas solennitates, & gustare ex eius visceribus, & iusiurandum facere in immolatione Græci, vt inimicitias contra Græcos haberent: & tunc in quandam foueam reliqua hominis pereuntis abiicere. Deinde refert eum dixisse, paucos iam dies debitos sibimet superesse, atque rogasse, vt reueritus Græcorum deos, & superans in suos sanguine insidias Iudæorum, de malis eum circunstantibus deliberaret. Huiusmodi ergo fabula non tantùm omni tragœdia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen à sacrilegio priuat Antiochum, sicut arbitrati sunt; qui hæc ad illius gratiam conscripsêre. Non enim præsumpsit aliquid tale, vt ad templum accederet: sed sic inuenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, & nihilominùs sine Deo, quicquid iussit mendacij superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valdè facillimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maximè aduersus Ægyptios & plurimos alios. Cuius enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari? vt aduersus solos Græcos renouata coniuratione per effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo possibile, vt ad has hostias omnes Iudæi colligerentur, & tantis millibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inuentum hominem quicunque fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, & Græcorum amator eximius, assumere verò contra Iudæorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hæc relinquo: insensatos enim, non verbis, sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui vidêre constructionem templi nostri, qualis fuerit, & intransgressibilem eius purificationis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, & harum singulæ propriam secundùm legem habuêre custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienis: mulieres tantummodò menstruatæ transire prohibebantur. In secundam verò porticum cuncti Iudæi ingrediebantur, eorúmque coniuges cùm essent ab omni pollutione mundæ. In tertiam, masculi Iudæorum mundi existentes atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induti sacerdotalibus. In adytum verò soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta verò est circa omnia prouidentia pietatis, vt secundùm quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Manè etiam aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire: & meridie rursus, dum clauderetur templum, denique ne vas quidem aliquod portari licèt in templum, sed erant in eo solummodò posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, quæ omnia in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neque mysteriorum aliquorum ineffabilium agitur, neque intus vlla epulatio administratur. Hæc enim quæ prædicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationémque gestorum. Licèt enim sint tribus quatuor sacerdotum, & harum tribuum singulæ habeant hominum plus quàm quinque millia, fit tamen obseruatio particulariter per dies certos: & his transactis, aliis succedentes ad sacrificia veniunt: & congregati in templum mediante die à præcedentibus claues templi, & ad numerum omnia vasa percipiunt, nulla re quæ ad cibum aut potum attineat in templum delata. Talia namque etiam ad altaria offerre prohibitum est, præter illa quæ ad sacrificia præparantur. Quid ergo Apionem dicimus, nisi nihil horum examinantem, verba incredula protulisse? Sed turpe est, historiæ veram notitiam si proferre grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem prætermisit. Hominis autem Græci comprehensionem finxit, pabulum ineffabile, & ciborum opulentissimam claritatem: & peruios ingredientes, vbi nec nobilissimos Iudæorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quæ prædicta sunt, nobis detrahere tentauêre. Rursùmque tanquam piissimus deridet, adiiciens fabulæ inania facta. Ait enim illum retulisse, dum bellum Iudæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua ciuitate

Idumæorum,

Idumæorum, qui in ea Apollinem icolebat venisse ad Iudæos, cuius hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promisisse traditurum se eis Apollinem Deum Dorensium: venturúmque illum ad nostrum templum, si omnes ascenderent, & adducerent omnem multitudinem Iudæorum. Zabidum verò fecisse quoddam machinamentum ligneum, & cirumposuisse sibi, & in eo tres ordines infixisse lucernarum, & ita ambulasse, vt procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter agens.

τὴν πορείαν ποιούμενον. τοὺς μὲν ἰουδαίους ὑπὸ τῆς παραδόξου τοῦ θέας κατεπεπλαγμένους, πόρρω μὲν ὄντας ἡσυχίαν ἄγειν. τὸν δὲ ζάβιδον δὴ πολλῆς ἡσυχίας εἰς τὸν ναὸν παρελθεῖν, καὶ τῷ ξυστῷ ὑποσύραι τὴν ἀκανθίνης κεφαλὴν, οὕτω γὰρ ἀστεϊζόμενος γέγραφεν, καὶ πάλιν εἰς δώραν κατὰ τάχος ἀπελθεῖν. ἆρ' οὖν κἀμεῖς αὐτὸ ποιοῦμεν, ὅτι τὸν ἀκανθίνα τουτέστιν ἑαυτὸν ἀπίων δηλοφορτίζει, καὶ ποιεῖ τὴν μωρολογίας ἅμα καὶ τῶν ψευσμάτων κατάγομον. καὶ γὰρ τόπους οὐκ ὄντας γράφει, καὶ πόλεις οὐκ εἰδὼς μεταπίθησιν. ἡ μὲν γὰρ ἰδουμαία τῆς ἡμετέρας χώρας ἐστὶν ἔμπροσθεν, κατὰ γάζαν κειμένη, καὶ δώρα ταύτης ἐστὶν οὐδεμία πόλις. τῆς μέντοι φοινίκης παρὰ τὸ καρμήλιον ὄρος δώρα πόλις ὀνομάζεται, μηδὲν δηλοκοινωνοῦσα τοῖς ἀπίωνος φλυαρήμασι. τεσσάρων γὰρ ἡμερῶν ὁδὸν τῆς ἰδουμαίας ἀφέστηκεν. τί δ' ἡμῖν ἐπιτορεῖ τὸ μὴ κοινοὺς ἔχειν τοῖς ἄλλοις θεοὺς, εἰ ῥαδίως οὕτως ἐπείθησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἥξειν τὸν ἀπόλλωνα πρὸς αὐτοὺς, καὶ μετὰ τῶν ἄστρων δὴ τῆς γῆς ἐπήθησαν ὁρᾶν αὐτὸν περιπατοῦντα. λύχνον γὰρ οὐδέπω δῆλον ἔτι πρόσθεν ἑωράκασιν, οἱ τὰς τοσαύτας καὶ τηλικαύτας λυχνοκαΐας δηλοῦντες. ἀλλ' οὐδὲ τις ἀπορεῖ βαδίζοντι κατὰ τὴν χώραν τῶν τοσούτων μυριάδων ὑπήντησεν. ἔρημα δὲ καὶ τὰ τείχη φυλάκων εὗρε πολέμου συνεστηκότος. ἐν πάλλα. ταῦτα δὲ αἱ θύραι τὸ μὲν ὕψος ἦσαν ἐπὶ πηχῶν, εἴκοσι δὲ τὸ πλάτος. κατάχρυσοι δὲ πᾶσαι καὶ μικρὰ δεῖν ἐφυρήλατοι. ταύτας ἔκλειον οὐκ ἐλάττους ὅσοι ἄνδρες ἑξακόσιοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τὸ καταλιπεῖν ἀνοίγμας ἐν ἀθέμιτον. ῥαδίως οὖν αὐτὰς ὁ λυχνοφόρος ἐκεῖνος ἠνέωξεν αὐ ἀνοίξειν οἰόμενος, καὶ τῷ τῷ ἀκανθίνος ὡς ᾤετο κεφαλὴν ἔχων. πότερον οὖν αὐ τὴν πάλιν ὡς ἡμᾶς ἀνέστρεψεν, ἢ λαβὼν ἀπίων αὐτὴν εἰσκόμισεν, ἵν' αὐτοῖς δῶρα πρὸς δ δυτέραν ἀπίωνι μυθολογίαν. καταψεύδεται δὴ καὶ ὅρκον ἡμῖν, ὡς ὀμνύοντων τὸν θεὸν, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, μηδενὶ δυνόσφιν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δὲ ἕλλησιν. ἔδει δὲ καταψεύδεσθαι ἅπαξ εἰπεῖν, μηδενὶ δυνόσφιν ἀλλοφύλῳ, μάλιστα δὲ αἰγυπτίοις. οὕτω γὰρ αὐ τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ πλάσματος ἥρμοττεν τὰ περὶ τὸν ὅρκον, εἴπερ ἦσαν ὑπὸ αἰγυπτίων τῆς συγγενοῦς οἱ πατέρες ἡμῶν, οὐχὶ δὲ πονηρίας, ἀλλ' δὴ συμφορᾶς ἐξελελαμμένοι. τῶν ἑλλήνων δὲ πλέον τοῖς τόποις ἢ τοῖς δηλητηρίοις ἀφεστήκαμεν, ὡς τε μηδεμίαν ἡμῖν εἶναι πρὸς αὐτοὺς ἔχθραν μηδὲ ζηλοτυπίαν. τοὐναντίον μέντοι πολλοὶ παρ' αὐτῶν εἰς τοὺς ἡμετέρους νόμους συνέβησαν εἰσελθεῖν· καὶ τινὲς μὲν ἔμειναν· εἰσὶ δ' οἱ τὴν καρτερίαν οὐχ ὑπομείναντες, πάλιν ἀπέστησαν. καὶ τὸν οὐδεὶς πώποτε τὸν ὅρκον εἶπεν ἀκούσας παρ' ἡμῖν ὠμόσμενον, ἀλλὰ μόνος ἀπίων ὡς ἔοικεν ἠκούσεν. αὐτὸς γὰρ ὁ συνθεὶς αὐτὸ λῶ. σφόδρα τοίνυν τῆς πολλῆς συνέσεως, καὶ δὴ τοῦ μέλλοντος ῥηθήσεσθαι θαυμάζειν ἄξιόν ἐστιν ἀπίωνα. τεκμήριον γὰρ εἶναι φησὶ τοῦ μήτε νόμοις ἡμᾶς χρῆσθαι δικαίοις, μήτε τὸν θεὸν δεσπόζειν ὡς προσῆκεν, τὸ μὴ ἄρχειν, δουλεύειν δὲ μᾶλλον ἔθνεσι

A Porrò Iudeos inopinabili visione obstupuisse, & longè constitutos tenuisse silentium. Zabidum verò multa quiete ad templum venisse, & aureum detraxisse asini caput (sic enim vrbanè conscribit) & rursus Doram velociter aduenisse. Igitur & nos dicere possumus, quia asinum, hoc est semetipsum Apion grauat, & facit stulticia simul & mendaciis oneratum.

B Loca namque quæ non sunt, conscribit: & ciuitates nesciēs transfert. Idumęa enim prouinciæ nostræ confinis est, posita iuxta Gazam, & nulla ciuitas huius Dora nuncupatur. In Phœnice verò iuxta montem Carmelum Dora ciuitas appellatur, in nullo concordans Apionis oblocutionibus. Quatuor enim dierum itinêre procul est à Iudæa. Cur itaque nos rursus accusat, eo quòd nō habeamus communes cum aliis deos, si sic facilè credidêre patres nostri ad se venturum Apollinem, & cum Stellis

C eum ambulare super terram putauêre? Lucernam enim priùs nunquam vidêre scilicet, qui tot & tanta concelebrant candelabra. Sed nec aliquis ei ambulanti per prouinciam ex tantis millibus obuiauit. Desolatos etiā vicos custodibus comperit, & hoc tempore belli. Cætera iam relinquo. Ianuæ verò templi altitudine quidem erant cubitorum L X. latitudine verò XX. omnes deauratæ, & pene auro puro confectæ. Has claudebant non minus quàm viri

D ducēti diebus singulis, & relinquere eas apertas, nefandum nimis erat. facilè igitur eas lucernifer ille aperuisse creditur, qui solus etiam habuisse asini caput æstimabatur: quapropter dubium est, vtrum hoc caput Zabidus denuò reuocauit: an certè sumens Apion, introduxit in templum, vt Antiochus inueniret, vt secundo Apioni aliquam mentiendi daret occasionem. Mentitur autem & de iuramēto, quod iuremus per Deū factorē cæli & terræ & maris, nulli Iudæos fauturos alienigenæ, & ma-

E ximè Græcis. Oportebat autem mentientem absolutè dicere, nulli fauturos alienigenæ, & magis Ægyptiis: sic etenim ab initio poterant eius figmenta de iureiurando congruere, si ab Ægyptiis vtique patres nostri nō propter malignitatem suam, sed propter calamitates expulsi sunt. A Græcis autem plus locis quàm studiis sumus abiūcti, ita vt nullæ inter nos & illos inimicitiæ & æmulationes esse noscātur. E diuerso namq; multos eorum ad nostras le-

F ges contigit accessisse, quorum quidam permansêre, quidam verò perdurare non ferentes, denuò recessêre. Hoc tamen iusiurandum nunquam se quisquam audisse meminit apud nos habitum, sed solus Apion (vt videtur) audiuit. Ipse nāq. id cōposuit. Magna ergo admiratione eximia Apionis prudētia, vel ob hoc quod mox dicetur, digna est. Hoc enim esse affirmat indiciū, quia neque legibus iustis vtamur, nec Deū colam° vt cōuenit, quòd diuersis gentibus

seruiamus, & calamitates quasdam circa ciuitatem sustineamus, cùm vtique principalis ciuitas Romanorum sit, cuius ciues solis ab initio regnare atque non seruire consueuerunt. Quis etenim horum magnanimitati valeat obsistere? Nullus etenim aliorum potest dicere sermonem quem Apion locutus est, quando paucis contigit in principatu continuè præsidere, & non rursus aliis facta mutatione seruire. Plurimæ namque gentes aliis obedire coactæ sunt: soli autem Ægyptij, eo quòd refugiãt (sicut aiunt) in eorum prouinciam dij, atque saluentur migrantes in effigies bestiarum, honorem præcipuum inuenerunt, vt nulli famulantur horum, qui Asiam Europámque tenuêre, qui scilicet vnam diem ex æuo totius seculi non habuêre libertatem, neque apud indigenas dominos, neque apud externos. Nam quemadmodum eis vsi sint Persæ non semel solummodo, sed frequenter vastantes vrbes, templa euertentes, putatos apud eos interficientes deos, improperare non studeo. Non enim conuenit stulticiam nos indocti Apionis imitari: qui neque casus Athenienſium, neque Lacedæmoniorum animo suo concepit, quorum hos quidem fortissimos, illos religiosissimos, omnes affirmant. Taceo reges pietate celebres, inter quos Cræsum, quàm diuersis vitæ sunt calamitatibus sauciati. Taceo incensam Athenienſium arcem, templum Ephesinum & Delphicum, aliáque multa: hic nemo calamitatem passis, sed potiùs inferentibus intulit improperia. Nouus autem accusator nostrorum Apion inuentus est, malorum suorum apud Ægyptum gestorum prorsus oblitus. Sed Sesostris eum, quem refert fabula regem fuisse Ægypti, vt creditur, exceçauit. Verumtamen possumus & nos dicere nostros reges Dauid & Solomonem, qui multas subdidêre gentes. Sed de his modò superseded̃ũ est: quę verò cunctis nota sunt, Apion modis omnibus ignorauit: quoniã Persis, & post illos principib. Asię Macedonibus, Ægyptij quidem seruiêre, nihil differentes à famulis. Nos autem liberi consistentes, etiam ciuitatum in circuitu positarum tenuimus principatum, annis viginti & cẽtum, vsque ad Pompeium Magnum. Et dum vniuersi reges sunt expugnati à Romanis, omnium soli propter fidem suam maiores nostri & soeij & amici fuêre. Sed viros mirabiles nõ præbuimus, velut quarundam artium inuentores, & sapientia præcellentes: & inter hos enumerat Socratem, & Zenonem, & Cleanthem, & alios huiusmodi. Deinde quod potiùs est mirandum, semetipsum his adiecit & beatificat Alexãdriam, quia ciuem talem habere meruit, quod ritè facit. Oportebat enim vt ipse sui testis existeret, qui aliis omnibus sic importunus & callidus esse videbatur, & vita verbóq; corruptus. Quapropter rectè quilibet Alexandriæ cõdolebit, si super isto aliquid magni sapuerit. De viris autem qui fuêre apud nos titulo nullo laudis inferiores, sciũt qui voluerũt nostræ antiquitatis libris incumbere. Reliqua verò quæ in accusatione conscripta sunt, dignum erat fortè sine satisfactione relinquere, vt ipse sui potiùs & aliorum Ægyptiorum accusator extaret. Quæritur enim eo quòd animalia consueta sacrificemus, & non vescamur carnibus suillis

A καὶ ἀλλοῖς ἄλλοις, καὶ τὸ κεχρῆσθαι συμφορᾶς ποτὲ τὴν πόλιν. αὐτὸν δηλονότι πόλεως ἡγεμονικωτάτης οὖσαν ἀπὸ παντὸς ἀρχὴν, ἀλλὰ μὴ ῥωμαίοις δουλεύειν συνηθισμένων. καὶ τοι τούτων αὐτὸς τῆς ὑπεροχῆς τοιαύτης μεγαλοψυχίας. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οὐκ ἔστιν ὅς τις αὐθεντῶν οὐχ ἱκανὸς καθ' αὑτὸ φάναι τὸν τοῦ ὑπὲρ ἀπίωνος λεχθέντα λόγον. ὀλίγοις μὲν γὰρ ὑπῆρξεν ἐφ' ἡγεμονίας ἐξαιρετοῦ τῆς μεγάλης, καὶ τούτοις αἱ μεταβολαὶ πάλιν ἄλλοις δουλεύειν ὑπέζευξαν. τὸ πλῆθος δὲ φῦλον ἄλλων ὑπακούσασι πολλάκις, μόνοι δὲ ἄρα μόνοι ἐξὰ τὸ καταφυγὼν ὡς φησὶν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν τοὺς θεοὺς, καὶ σωθῆναι μεταβαλόντας εἰς μορφὰς θηρίων, ἐξαίρετον γέρας ἔσχον τὸ μηδενὶ δουλεύειν τῶν τῆς ἀσίας, ἢ τῆς ἐρώπης κεκτησάμενοι. οἱ μίαν ἡμέραν ἐκ τῆς παντὸς αἰῶνος τῆς ἐλευθερίας ἐν τυχόντες φαίνονται, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ οἰκοδεσπότῃ. ὃν τινα μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐχρήσαντο πέρσαι βόπον, οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις παρθένους τὰς πόλεις, ἱερὰ καταστάντες, τοὺς παρ' αὐτῶν νομιζομένους θεοὺς καταφάζοντες, οὐκ ἀνέδεσμι. μιμεῖσθαι δὲ οὐ φρονοῦμεν καὶ ἀπίωνος ἀπαιδευσίαν, ὃς οὔτε τὰς ἀθηναίων τύχας, οὔτε τὰς λακεδαιμονίων ἐνενόησεν, ὧν τοὺς μὲν ἀνδρειοτάτους, τοὺς δὲ σεβεστάτους τῆς ἑλλήνων ἅπαντες λέγουσιν. ἐν βασιλείας τοὺς ἐπ' εὐσεβείᾳ ἐξαιρετοῦ δίας, ὧν εἶα κεῖσιν, εἴαις ἐχρήσαντο συμφορᾶς βίῳ. ἐν τῇ καταφρονήσαι ἀθηναίων ἀκρόπολιν, τὸν ἐν ἐφέσῳ ναὸν, τὸν ἐν δελφοῖς, ἄλλοις μυρίοις, καὶ οὐδεὶς ἀνέδεσε ταῦτα τοῖς παθοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς δράσασι. κομψὸς δὲ κατήγορος ἡμῶν ἀπίων εὑρέθη, τῶν ἰδίων αὐτῷ ἐπὶ τὴν ἀξιόπιστον κακῶν ἐκλαθόμενος. ἀλλὰ σέσωστρις αὐτὸν ὁ μυθευόμενος αἰγύπτου βασιλεὺς ἐπιφλωσεν. ἡμεῖς δὲ τοὺς ἡμετέρους οὐκ ἂν εἴποιμεν βασιλείας, δαυίδην καὶ σολομῶνα, πολλὰ πρεσσαμένους ἔθνη. τούτοις μὲν οὖν ἐξαλίπομεν. τὰ δὲ γνώριμα πᾶσιν ἀπίων ἠγνόησεν. ἐπὶ περσῶν καὶ μετ' ἐκείνων ἡγουμένων δ' ἀσίας μακεδόνων, αἰγύπτιοι μὲν ἐδούλευον ἀνδραπόδων ἐδὲν διαφέροντες. ἡμεῖς δὲ ὄντες ἐλεύθεροι, φρονοῦντες καὶ τῆς πόλεις πόλεων ἤρχομεν, ἔτη χιλιὰ ἑκατὸν πεντήκοντα, μέχρι μάγνου πομπηίου. καὶ πάντων ἐκπολεμωθέντων φρεὸς ῥωμαίων τῆς παντάχοῦ βασιλείων, μόνοι δὲ πίστιν οἱ παρ' ἡμῖν σύμμαχοι καὶ φίλοι διεφυλάχθησαν. ἀλλὰ θαυμαστοὺς ἄνδρας οὐ παρεχόμεθα, οἷον τεχνῶν εὑρέτας, ἢ σοφίᾳ διαφέροντας. ἐν καταριθμῇ σωκράτην ἐν ζήνωνα ἐν κλεάνθην ἐν τοιούτους πάντας. ἔπειτα τὸ θαυμαστότατον τῶν εἰρημένων αὐτὸς ἑαυτὸν φρονεῖ θησι. καὶ μακαρίζει τὴν ἀλεξάνδρειαν, ὅτι τοιοῦτον ἔχει πολίτην. ἔδει γὰρ αὐτὸν μάρτυρος ἑαυτοῦ. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν ὀχλαδωδὴς ἐδόκει πονηρὸς εἶναι, καὶ τὸν βίον καὶ λόγῳ διεφθαρμένος. ὅστε εἰκότως ἐλέησεν τὴς αὐτῆς ἀλεξανδρείας, εἴπερ δὴ τοῦτο μόνον ἐφρόνει. ἔδει δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀνδρῶν γενόμενον, οὐδένος ἔστι τοῦ ἐπαίνου τυγχάνειν ἀξίων, ἴσασιν οἱ τῶν ἡμετέρων ἀρχαιολογίας ἐντυγχάνοντες. τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐν τῇ κατηγορίᾳ γεγραμμένων, ἄξιον ἦν ἴσως ἀπολόγητα καταλιπεῖν, ἵν' αὐτὸς αὐτῷ ἐστὶ τῶν ἄλλων αἰγυπτίων ὁ κατηγορῶν. ἐξηγεῖται γὰρ ὅτι ζῶα θύομεν, καὶ χρῆσιν οὐ ἐδίδομεν,

καὶ τῶν

καὶ τὴν περιτομὴν. τὸ μὲν οὖν περὶ τῆς ἡμέρων ζώων ἀναιρέσεως, κοινόν ἐστι καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἅπαντας. ἀπίων δὲ τοῖς θύουσιν ἐγκαλῶν, αὐτὸς ἐξελέγξειν ὄντα τὸν γένος αἰγύπτιον. οὐ γὰρ ἂν ἄλλην ἢ μακεδὼν ἐγκαλέσαιμεν. εἴτοι γὰρ ἐθέλοντες θύειν ἑκατόμβας τοῖς θεοῖς, καὶ ἱερεῖς τοῖς ἱερείοις πρὸς ἐδωδίμοις. καὶ ὁ δὴ τοῦτο συμβεβηκὼς ἐρημοῦσθαι τὸν κόσμον τῶν βοσκημάτων, ὅπερ ἀπίων ἔδρασεν. εἰ μὲν τοῖς αἰγυπτίων ἤθεσιν ἠκολούθει ἅπαντες, ἠρήμωτο μὲν ἂν ὁ κόσμος τῶν ἀνθρώπων. τῶν ἀχρείων τε καὶ θηρείων ἐπλήθυνθη, ἃ θεοὺς οὔτε νομίζοντες ὀλιγωρίας ἐπάξιφεσι. καὶ μὴν εἴτε αὐτὸν ἤρετο, τῶν πάντων αἰγυπτίων τίνας εἶναι καὶ σοφωτάτους καὶ θεοσεβεῖς νομίζει, πάντως ἂν ὡμολόγησε τοὺς ἱερεῖς. δύο γὰρ αὐτοὺς φησὶν ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐξ ἀρχῆς ζῆν τὰ πρὸς τὰ θεῖα θεραπείας, καὶ τὴν σοφίας τε καὶ ἐπιμέλειαν. ἐκείνοι τοίνυν ἅπαντες καὶ περιτέμνονται, καὶ χοιρείων ἀπέχονται βρωμάτων. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἄλλων αἰγυπτίων οὐδὲν ἐξ συνθύει τοῖς θεοῖς. ἆρ' οὖν τυφλὸς ἐστὶ τῶν ἀπίων ὑπὲρ αἰγυπτίων ἡμᾶς λοιδορῶν συνθύμενος, ἐκείνων δὲ κατηγορῶν, οἵτινες μὴ μόνον χρῶνται τοῖς ὑπὸ τούτου λοιδορουμένοις ἔθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἐδίδαξαν περιτέμνεσθαι. καθάπερ εἴρηκεν ἡρόδοτος. ὅθεν εἰκότως μοι δοκεῖ, τὰς ἐξ τοῦ παρίου αὐτῷ νόμου βλασφημίας, δεῖναι δίκην ἀπίων τῶν φρένουσιν. περιετμήθη γὰρ ἐξ ἀνάγκης, ἐλκώσεις αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης. καὶ μηδὲν ὠφεληθεὶς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σπασμῷ τε δεινῇ ὀδυνῶν ἀπέθανεν. δεῖ γὰρ τοὺς εὖ φρονοῦντας τοῖς ἰδίοις νόμοις περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκριβῶς ἐμμένειν, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων καὶ λοιδορεῖν. ὁ δὲ τούτοις μὴ ἔφυγε, τῶν ἡμετέρων δὲ κατεψεύσατο. τὸν μὲν ἀπίωνα τὸν βίον τὸ τέλος ἐλήξε, καὶ τὸν τοῦ παρ' ἡμῖν ἐνταῦθα τὸ πέρας ἔστω τῷ λόγῳ. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπολλώνιος ὁ μόλων, καὶ λυσίμαχος, καὶ τινες ἄλλοι, τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ καὶ δυσμενείᾳ, περὶ τε τὸν νομοθέτην ἡμῶν μωσέως, καὶ περὶ τῶν νόμων πεποίηνται λόγους, οὔτε δικαίους οὔτε ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γόητα καὶ ἀπατεῶνα διαβάλλοντες, τοὺς νόμους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ ἀνδρείας ἀρετὴν φάσκοντες εἶναι διδασκάλους, βούλομαι συντόμως καὶ περὶ τὸ ὅλης ἡμῶν καταστάσεως τοῦ πολιτεύματος, καὶ περὶ τῶν καὶ μέρος ὡς ἂν οἷόν τε ἐπιτέμνειν. οἶμαι γὰρ ἔσεσθαι φανερὸν, ὅτι καὶ πρὸς εὐσέβειαν, καὶ πρὸς κοινωνίαν τε μετ' ἀλλήλων, καὶ πρὸς τὴν καθόλου φιλανθρωπίαν, ἔτι δὲ πρὸς δικαιοσύνην καὶ τὸ τῶν τῶν πόνων καρτερίαν, καὶ θανάτου περιφρόνησιν ἄριστα κεῖμθαι τοὺς νόμους. θαυμαστὸν δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇ γραφῇ, μὴ μὲν φθόνον ποιεῖσθαι τὴν αἰτίαν. οὐ γὰρ ἐγκώμιον ἡμῖν αὐτὴν προσεῖναι συγγράφω, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ψευδῆ κατηγορημένοις ἡμῖν, ταύτην ἀπολογίαν δικαιοτάτην εἶναι νομίζω, τῶν ἀπὸ τῶν νόμων, καθ' οὓς ζῶντες διατελοῦμεν. ἄλλως τε καὶ τὴν κατηγορίαν ὁ ἀπολλώνιος οὐκ ἀθρόαν ἅπαντα ἀπίων ἔταξεν, ἀλλὰ διεσπαρμένην. καὶ δὴ πάσης τὴν συγγραφὴν ποτὲ μὲν ὡς ἀθέους καὶ μισανθρώπους λοιδορεῖ, ποτὲ δὲ αὖ δειλίαν ἡμῖν ἐνεδίδοσαν. καὶ τοὐμπαλὶν ἔστιν ὅπου τόλμαν κατηγορεῖ τε ἀπόνοιαν. λέγει δὲ καὶ ἀφυεστάτους εἶναι τῶν βαρβάρων, τὸ δὲ τοῦτο μηδὲν εἰς τὸν βίον ὄφελος συμβεβληκέναι μόνους. ταῦτα δὲ πάντα διελεγχθήσεται νομίζω σαφῶς,

A sed & circuncisionem genitalium vehementer irrider. De nostrorum quidem animalium peremptione, communio nobis est cum aliis hominibus vniuersis. Apion autem sacrificantes nos redarguens, indicat semetipsum genere esse Ægyptium. Non enim Græcus si esset aut Macedo, hoc molestè ferret. Isti enim vouent sacrificare hecatombas suis diis, & sacerdotibus vtuntur ad epulas. Quæ cùm ita sint, non

B propterea contigit mundum animalibus desolari, quod Apion expauit. Qui tamen si solennitates Ægyptiorum si querentur, mundus desertus quidem esset hominibus, ferocissimis autem bestiis impleretur: quas isti iudicantes deos, diligenter enutriunt. quòd si quis eum consuleret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientes atque deicolas, sacerdotes

C sine dubio fateretur. Hæc enim duo dicunt sibimet ab initio à regibus esse præcepta, vt deos colant, & sapientiam diligant: quod illi facere præcipuè iudicantur: qui tamen & circumciduntur omnes, & à porcinis abstinent carnibus. Sed neque vllus alter Ægyptiorum cum eis diis sacrificare dignoscitur. Cæcus igitur fuit Apion quando pro Ægyptiis nostras detractiones componens, illos videtur potiùs accusare, qui non solùm vtuntur solennitatibus,

D quas in nobis culpat iste: sed etiam alios circuncidi docent, sicuti dixit Herodotus. Vnde rectè mihi videtur Apion, propter patriæ suæ leges pœnas dedisse blasphemiæ. Etenim necessariò circuncisio, circa genitalia vulnera ei facta nihil profuerunt, & putrefactis in magnis doloribus expirauit. Oportet enim bene sapientes in legibus proprius circa pietatem integrè permanere, & aliorum minimè carpere.

E Iste verò suas quidem leges effugit, de nostris verò mentitus est. Hic itaque terminus vitæ fuit Apionis. Sed & noster hic iam finem liber accipiet. Quoniam verò & Apollonius Molò, & Lysimachus, & alij quidam, tam per ignorantiam quàm per insaniam de legislatore nostro Mose, & legibus verba protulêre, nec iusta, nec vera: dum illi quidem velut mago atque fallaci derogant, leges autem malitiæ apud nos nulliúsque virtutis affirmãt esse doctrices,

F volo breuiter & de omni cõuersatione nostra, & de particulari (sicuti potero) proferre sermonem. Reor enim fore manifestum, quia & ad pietatem & ad conuictum vniuersalémque humanitatem, insuper ad iustitiam laborúmque tolerantiam, & ad contemptũ mortis optimas leges positas habeamus. Rogo tamẽ lecturos, vt non cum inuidia exequantur huius operis lectionem. Non enim proposui laudes conscribere nostrorum: sed aduersus eos, qui nos plurimum & fallaciter accusarunt, satisfactionem hanc puto esse iustissimam. Proinde accusationem Apollonius non continuè,

G sicut Apion, instituit, sed dispersim. Quippe qui aliquando quidem nos sine Deo & hominibus odiosos appellat, aliquando verò formidinem nobis improperat: & è diuerso, rursus aliquando de audacia gentis nostræ queritur. Dicit autem etiam stultiores Barbaris: & propterea nullum inuentũ nos solos vitæ vtile reperisse. Hæc autẽ omnia manifestè redarguuntur

dum vniuersa contrà quàm ab eo sunt dicta, monstrantur & legibus imperata, & à nobis cum omni integritate gesta. Si verò coactus fuero facere mentionem legum contrariarum apud alios constitutarum, in culpa illi sunt, qui nostras solennitates tàquam peiores cum aliorum conferunt. Quibus neutrum puto remanere quod dicant: neque quia non eas habeamus leges, quarum ego capita & summas ad redarguendum positurus sum: neque quia non præcipuè in legibus propriis perduramus. Paulò ergo altiùs exorsus, volo primùm dicere, quòd eis qui sine lege & ordine viuunt, hi qui ordinis & communium legum amatores extiterunt, & primi hoc inchoauerunt, rectè mansuetudine atque virtute præstare dicendi sunt. Denique conantur singuli eorum gesta sua ad antiquitatem referre, vt non imitatores aliorum videantur existere, sed ipsi potiùs aliis legitimè viuendi duces fuisse. His igitur hunc in modum se habentibus, virtus legislatoris est meliora considerare: & his qui vsuri sunt legibus, quas posuerit, satisfacere, quia rectæ sunt. Populi verò est, vt in omnibus, quæ constituta sunt, perduret: & neque felicitate procedente, neq; calamitatibus aliquid horũ immutet. Dico igitur nostrorũ legislatorẽ, quoslibet qui memorantur legislatores antiquitate præcedere. Lycurgus enim & Solon, & Zaleucus Locrensis, & omnes qui apud Græcos mirabiles sunt, nouelli atque recentes, quantum ad illum comparati, esse noscuntur: quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud Græcos agnoscitur. Testis Homerus est, qui nusquam in opere suo hoc vsus est nomine. Nomen enim secundùm legem, sed indefinitis sententiis, & regum præceptionibus, populus regebatur. Vnde etiam multo tempore permansêre, tantùm moribus vtentes, & non scripto, & multo horum semper secundùm euentum casuum permittentes. Noster verò legislator antiquus existens (hoc etenim vndique manifestum est, etiam apud eos clarum, qui semper contra nos loquuntur) & semetipsum præbuit optimum principem populorum consultoremque, & instructionem totius legis vitæ constringens, eis suasit hanc libenter excipere, & firmissimè inclyta scientia custodire. Primùm autem eius magnitudinis opera videamus. Ille namque progenitorum nostrorum relinquentium Ægyptum, & ad terram propriam remeantium, multa millia sumens, ex plurimis & impossibilibus rebus cautissimè liberauit: nam & inaquosam eos & multùm arenosam oportebat transire viam, belláque deuincere: & filios ac vxores, prędámque bello seruare: in quibus dux egregius & consiliarius sapientissimus & rutor veracissimus fuit vniuersorum. Omnem siquidem multitudinem à semetipso pendere fecit, & cùm omnia quæ vellet persuadere posset, in nullo horum vindicauit sibimet potestatem: sed in quo maximè tempore potestatem sibimet arrogãt & tyrannidem præsules rerum, & populum frequenter plurima iniquitate viuere consuefaciũt, in hac ille potentia cõstitutus, è diuerso magis iudicauit agendum piè, & plurimam exhibere aliis equitatem, ipse virtutẽ præcipuã se credens cunctis ostendere, & salutem firmissimam prębere

A εἰ τἀναντία τῇ φύσει φωνῶν, διὰ τοὺς νόμους ἡμῖν
πεφροντισμένα, καὶ παρατίθεμαι μὴ πάσης ἀκρι-
βείας ὑφ' ἡμῶν. εἰ δ' ἄρα βιασθείη μνησθῆναι τῶν παρ'
ἑτέροις ὑπεναντίως νενομισμένων, τούτου δίκαιοι τὴν
αἰτίαν ἔχειν εἰσὶν, οἱ τὰ παρ' ἡμῖν εἰς χέρας βαλ-
λειν ἀξιοῦντες. οἷς οὐδέτερον ἐπολείφθησθαι νο-
μίζω λέγειν, οὔθ' ὡς οὐχὶ τούτοις ἐχρώμεθα τοῖς νόμοις,
ἃς ἐγὼ διαθήσομαι τοὺς κεφαλαιωδεστάτους. οὔθ' ὡς
B οὐχὶ μάλιστα πάντων ἐμμένομεν τοῖς ἐκείνων νόμοις.
μάκρον δὲ μεταλαβὼν τὸν λόγον, τοῦτ' αὐ ἐρῶ πρῶτον.
ὅτι τοὺς ἀνόμως καὶ ἀτάκτως βιοῦντας, οἱ τάξεως καὶ νό-
μου ἐπιθυμηταὶ γενόμενοι, καὶ πρῶτοι κατάρξαντες,
εἰκότως αὐ ἡμερότητι καὶ φύσεως ἀρετῇ διενεγκεῖν μάρ-
τυρηθεῖεν. ἀμείλει πειρῶνται τὰ παρ' ἑαυτοῖς ἕκαστοι
πρὸς τὸ ἀρχαιότατον ἀνάγειν, ἵνα μὴ μιμηταὶ δόξωσιν
ἑτέροις, ἀλλ' αὐτοὶ τῶν ζῆν νομίμως ἄλλοις ὑφηγήσα-
σθαι. τούτων δὴ τοῦτον ἐχόντων τὸν τρόπον, ἀρετὴ μὲν δεῖ
νομοθέτου, τὰ βέλτιστα συνιδεῖν καὶ πᾶσαι τοὺς χρησο-
μένους τοῖς ὑπ' αὐτοῦ τεθεμένοις. πλήθους δὴ, τὸ πᾶσι
τοῖς δόξασιν ἐμμεῖναι, καὶ οὔτε δυτυχίαις οὔτε συμ-
φοραῖς αὐτῶν μηδὲν καταβάλλειν. φημὶ τοίνυν τὸν ἡμέτε-
ρον νομοθέτην τῶν ὀπτιδηποτοῦν μνημονευομένων νομο-
θετῶν πρεσβύτερον ἀρχαιότητι. λυκοῦργος γὰρ καὶ σόλων,
C καὶ ζάλευκος ὁ τῶν λοκρῶν, καὶ πάντες οἱ θαυμαζόμενοι
παρὰ τοῖς ἕλλησιν, ὡς ἐχθὲς δὲ καὶ πρώην, οὐς πρὸς
ἐκεῖνον παραβαλλόμενοι φαίνονται γεγονότες. ὅπου γε
μηδ' αὐτὸ τοὔνομα πάλαι ἐγνώσκετο παρὰ τοῖς ἕλ-
λησι. καὶ μάρτυς ὅμηρος οὐδαμοῦ τῇ ποιήσει αὐτῷ
χρησάμενος. εἰ δὲ γὰρ μὴ καὶ τοῦτο, ἀλλὰ γνώμαις ἀορί-
στοις τὰ πλήθη διῳκεῖτο, καὶ προσέταττον οἱ βασιλεῖς.
ἀφ' οὗ καὶ μέχρι πολλοῦ διέμειναν ἔθνεσιν ἀγράφοις χρώ-
μενοι, καὶ πολλὰ τούτων ἀεὶ πρὸς τὸ συμβαινόμενον μετα-
τιθέντες. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης ἀρχαιοτάτοις γενο-
D μένοις, τοῦ γὰρ δεῖ πουθεν ὁμολογεῖν καὶ παρὰ τοῖς πάν-
τα καθ' ἡμᾶς λέγουσιν, ἑαυτὸν τε παρέχων ἄριστον τοῖς
πλήθεσιν ἡγεμόνα καὶ σύμβουλον. πάντα τε κατασκευὴν αὐ-
τοῖς ὅλην τοῦ βίου τῷ νόμῳ παραλαβεῖν, ἔπεισεν παρα-
δέξασθαι, καὶ βεβαιοτάτην ἔσεσθαι φυλαττόμενον παρεσκεύα-
σεν. ἴδωμεν δὲ τοῦ ἔργου αὐτοῦ τὸ πρῶτον μεγαλεῖον.
ἐκεῖνος γὰρ τοὺς προγόνους ἡμῶν, ἐπειπερ ἔδοξεν αὐ-
τοῖς τοῦ αἰγύπτου ἐκλιπεῖν, ὅθεν τοῦ κείσεν γῆν
ἐπανιόντας, πολλαχοῦ μυριάδας παραλαβὼν, ἐκ πολ-
F λῶν καὶ ἀμηχάνων διέσωσεν εἰς ἀσφάλειαν. ἐδεῖ γὰρ αὐ-
τὸν ἄνυδρον αὐτοῖς καὶ πολλὴν ψάμμον διοδεύσαι, καὶ τοὺς
πολεμίους, καὶ τέκνα, καὶ γυναῖκας, καὶ λείαν ὁμοῦ σώζειν μαχομένους. ἐν οἷς ἅπασι
καὶ στρατηγὸς ἄριστος ἐγένετο, καὶ σύμβουλος συνετώτα-
τος, καὶ πάντων κυβερνὴν ἀληθέστατος. ἅπαν δὲ τὸ πλῆ-
θος εἰς ἑαυτὸν ἀνηρτᾶτο παρεσκεύασεν, καὶ οὐδὲν πάντ-
ων ἔχων ἀποδεῖξαι αὐτοὺς τῷ πελαθέστατος, εἰς οὐ-
δεμίαν οἰκείαν ἔλαβε ταῦτα πλεονεξίαν. ἀλλ' ἐν ᾧ
μάλιστα τὴν χαρὰν δυνάμεις μὲν αὐτοῖς ἐπιβάλ-
λονται καὶ τυραννίδας οἱ προεστῶτες, ἐνδίδοσι δὲ
τὰ πλήθη μετὰ πολλῆς ἀνομίας, ἐν τούτῳ τῇ ἐξ-
ουσίᾳ ἐκείνῳ καθεστηκὼς, ἐναντίον ἀνθρωπῶν δὲ
δικαιοῦν, καὶ πολλὴν δίνοιαν τοῖς λαοῖς ἐνεφύ-
τευεν, οὕτως αὐτὸς τὰ μάλιστα τὴν ἀρετὴν ἐπιδείξαν
τῷ αὐτῷ νομίζων, καὶ παρεῖχεν τοῖς ἄλλοις τὴν ἡγεμόνα
ποιου-

ποιουμένοις βεβαιωτάτην παρέξειν. καλῶς οὖν αὐτῷ
προαιρέσεως καὶ πράξεων μεγάλων δεομένοις,
εἰκότως ἐνομίζομεν ἡγεμόνα τὸν καὶ σύμβουλον θεῖον
ἔχειν. καὶ πάσας πρὸς τοῦτο ἑαυτὸν, ὅπως κατὰ τὴν ἐκείνου βούλησιν
ἅπαντα πράττῃ καὶ διανοῆται, πιστεύειν ἔδοξεν δεῖν
πρὸς πάντας ἐμποιῆσαι τὴν ὑπόληψιν τοῖς πλήθεσιν. οἱ γὰρ
πιστεύσαντες δεισιδαιμονεῖν θεὸν τοῖς ἑαυτῶν βίοις, οὐδὲν
ἂν ἔχοιεν ἐξαμαρτεῖν. τοιοῦτος μὲν δή τις αὐτὸς ἡμῖν ὁ
νομοθέτης, καὶ γόης οὐδὲ ἀπατεών, ἅπερ οἱ δεροῦντες
λέγουσιν ἀδίκως. ἀλλ' οἷον φασὶ τοῖς ἕλλησι καὶ βάρβαροις
τὸ μίνω γεγονέναι, καὶ μετ' αὐτὸν τοὺς ἄλλους νομοθέτας.
οἱ μὲν γὰρ αὐτῷ τοὺς νόμους ἐπιτάττειν. ὁ δὲ γε μίνως
ἔφη, ὅτι εἰς τὸν ἀπόλλω καὶ τὸ δελφικὸν ἀνατιθέασι μαντεῖον
τοὺς τῶν νόμων μαντείας ἀνέφερον, ἤτοι τἀληθῆ οὕτως
ἔχειν νομίζοντες, ἢ πείσειν ῥᾴον ὑπολαμβάνοντες. τίς
δὲ οὐ μάλιστα κατορθώσας τοὺς νόμους, καὶ τὴν ὁ
δικαιότατος δεῖ τὸ θεοῦ πίστεως δεόμενον, πάρεσιν
ἐξ αὐτῶν κατανοεῖν τῶν νόμων αὐτὰ βάλλοντας. ἤδη γὰρ
δεῖ τούτων λεκτέον. οὐκοῦν ἄπειροι μὲν αἱ κατὰ μέρος
τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν νόμων φασὶ τοῖς ἅπασιν ἀνθρώποις
διαφοραί. οἱ μὲν γὰρ μοναρχίαις, οἱ δὲ τοῖς ὀλίγων
δυναστείαις, ἄλλοι δὲ τοῖς πλήθεσιν ἐπέτρεψαν τὴν ἐξουσίαν
τῆς πολιτείας. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης εἰς μὲν
τούτων οὐδετέρων ἀπέβλεψεν, ὡς δ' αὖ τις εἴποι βιασάμενος
τὸν λόγον, θεοκρατίαν ἀπέφηνε τὸ πολίτευμα, θεῷ
μᾶλλον μόνῳ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθεὶς, καὶ πείσας,
εἰς ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾶν, ὡς αἴτιον μὲν ἁπάντων
ὅτι τῶν ἀγαθῶν, κοινῇ τε πᾶσιν αἰθρώποις παρέχοντα
καὶ ἰδίᾳ. καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὧν ἀπαγορεύουσιν, εἰς ἐκεῖνον ἀνάγει τὴν ἀπαγόρευσιν. καὶ οἱ μὲν
τὸ δοκεῖν ἐδίδαξε μὲν εἷς θεὸν μοναρχίαν, μετ' αὐτὸν δὲ
θείαν τινὰς μυθολογίας ἀνεπλάσαντο, τὸ τῷ αὐτοὶ δεινοῖς
ἀμηχανίᾳ, λαθεῖν τὴν ἐκείνου γνώμην οὐκ ἠδυνήθησαν. ἀλλ' οὔτε τῶν φαυλοτέρων οὐδεὶς, οὔθ' ὅς αὖ
τις παρ' ἑαυτῷ δεδόξασται. εἷα γοῦν αὐτὸν ἀπεφήνατο ὁ
ἡμέτερος νόμος δὲ ἀγένητον, ἀγήρατον, ἀΐδιον, ἄχρονον,
ἀναλλοίωτον, πάσης ἰδέας θνητῆς καὶ λῆξ διαφέροντα,
καὶ δυνάμει μὲν μόνον ἡμῖν γνώριμον, ὁποῖός τε κατ' οὐσίαν ἄγνωστον. ταῦτα δεῖ θεοῦ φρονεῖν οἱ σοφώτατοι
δοκοῦσι φασὶ τοῖς ἕλλησι, μόνον ἀρχὴν ὡς εἰ φαδρομῇ
ἀφικόντες. εἰ γὰρ θεὸς οὐ θεοὶ εἰσὶν ἐλέγχῃ τῇ αὐτῇ ἀρχῇ
φύσει τὰ καλά τε καὶ ἄριστα, καὶ ὡς ἀληθῶς φρίποντα
τῇ μεγαλοφύτῳ τοῦ θεοῦ καὶ ὅτι μὲν ἐδιδάχθησαν ἐκείνου τὰς ἀρχὰς φασὶ χρόνῳ, εἰδὼ τοῦ λέγω. ὅτι δὲ ὅσοι
καλὰ καὶ φρίποντα, τῇ τοῦ θεοῦ φύσει καὶ μεγαλειότητι,
σφόδρα μεμαρτυρήκασι. καὶ γὰρ πυθαγόρας καὶ ἀναξαγόρας καὶ πλάτων, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἀπὸ τῆς στοᾶς
φιλόσοφοι, καὶ μικροῦ δεῖν ἅπαντες οὕτω φαίνονται,
δεῖ τῆς τοῦ θεοῦ φύσεως παφρονηκότες. ἀλλ' οἱ μὲν
πρὸς ὀλίγον φιλοσοφοῦντες εἰς πλῆθος δόξαις προκατειλημμένον, τῶν ἀληθειῶν τὰ δόγματα ἐξενεγκεῖν οὐκ ἐτόλμησαν. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης, ἅτε δὴ
τὰ ἔργα παρέχων σύμφωνα τοῖς λόγοις, οὐ μόνον
τοῖς καθ' αὑτὸν ἔπεισεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνου
ἀεὶ γιγνησομένοις τῶν δεῖ θεοῦ πίστιν ἐνέφυσεν ἀμεταλλάκτον. εἶπον δὲ ὅτι καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νομοθεσίας πρὸς τὸ χρήσιμον πάντων ἀεὶ πολὺ διήνεγκεν. οὐ γὰρ μέρος τῆς ἀρετῆς ἐποίησε τὴν δικαιοσύνην, ἀλλὰ ταύτης τὰ μέρη τἄλλα συνῴδα καὶ κατέστησε, λέγω δὲ τὴν δικαιοσύνην, τὴν καρτερίαν, τὴν σωφροσύνην, τὴν τῷ πολιτῷ πρὸς ἀλλήλους ἐν ἅπασι συμφωνίαν. ἅπασαι γὰρ αἱ πράξεις καὶ διαξεσεῖς

A sequacibus bona voluntate. Ex maximis actibus in singulis casibus vsus est. Quapropter rectè iudicabat, ducem atque consultorem se Deum habere: & primitus sibimet satisfaciens: quia secundùm illius voluntatem vniuersa gereret atque tractaret, credidit modis omnibus oportere vt etiam apud plebem hæc opinio permaneret. Nam qui Deum respicere

B suam vitam credunt, delinquere non præsumunt. Huiusmodi quidem noster legislator fuit, non magus, non fallax, sicut derogatores iniustè pronunciant: sed quales apud Græcos gloriantur fuisse Minoem & post eum legislatores alios. Namque quidam eorum leges positas à Ioue dicebant: alij verò eas in Apollinem & vaticinium Delphicum referebant, siue pro veritate hoc credentes, seu facile persuadendum iudicantes populo. Qui verò præcipuas leges instituerint, vel qui iustis-

C simè de Dei fide cognouerint, licèt hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspicere. Iam enim de ipsis tempus est disputandi. Igitur infinitæ quidem particulatim gentium atque legum apud cunctos homines differentiæ sunt. Alij siquidem monarchis, alij verò populo potestatem reipublicæ commisêre. Noster verò legislator nihil horum intendens, veluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat verbi, diuinam rempublicam declarauit:

D Deo principaliter cõuersationem nostram atque potestatem excellenter assignans, & satisfaciens eum cunctos inspicere, tanquam causam bonorum omnium vniuersis hominibus existentem: & quęcunque contingit eos in angustiis supplicasse, illius non latuisse voluntatem, neq; quicquã eorũ quæ gessêre, vel si quid aliquis apud semetipsum potuit cogitare. Vnũ verò eum esse monstrauit, & ingenitum, immutabilem per tempus, æternum, & omni specie mortali pulchritudine differentem, & ipsũ

E nobis notum: qualis autem sit secundùm substantiam, prorsus ignorum. Hæc itaq; de Deo sapuerunt prudentissimi Græcorum: qui quidem quod eruditi sint, illo vtique sciendi præbente principia, nũc dicere prætermitto: quod autẽ hæc optima & congrua Dei naturæ atq; magnificentiæ sint, valde testantur. Pythagoras enim, & Anaxagoras, & Plato, & post illos philosophi Stoici, & penè cuncti, videntur de diuina sapuisse natura. Sed hi quidem

F ad breue philosophantes, populo superstitionum opinionibus iam præoccupato veritatem dogmatis proferre timuêre. Noster verò legislator opera præbens consona verbis suis, non solùm his qui cum eo erant satisfecit, sed etiam qui ex illis semper erant nascituri, hoc immutabiliter inspirauit: & causam legislationis ad vtilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis Dei cũlturam dixit, sed huius partes alias esse per-

G spexit atque constituit: hoc est fortitudinem, iustitiam, & mutuam, in omnibus ciuiũ concordiã. Cũctæ namque actiones & studia,

vniuersique sermones, ad diuinam referuntur per omnia pietatem. Non enim hoc inexaminatum aut indefinitum vlterius deseliquit. Duo siquidem sunt totius disciplinæ & moralis institutionis modi, quorũ vnus quidem sermone doctor est, alter verò exercitatione morum: quæ cùm ita sint, alij quidem legislatores sentiendo sunt discreti, & alterum horum modum sibi placitum assumentes, alterum reliquerunt. Sicuti Lacedæmonij quidem & Cretenses moribus erudiebantur, non verbis: Athenienses verò, & penè omnes alij Græci, quę quidem oportet agi præcipiebant suis legibus: assuescere verò ad hæc operibus minimè valuêre. Noster autem legislator hæc ambo multa diligentia coaptauit. Nam nec exercitationes morum omisit non traditas, neque leges sermone reliquit incomptas. Sed mox à primo inchoans cibo, & vnicuiq; diæta conueniente, nihil neque minimarum escarum sub potestate volũtatis vtentium deroliquit. Sed & de cibis conuenit abstineti, & qui sumendi sunt, vel quæ diæta communis esse videatur, necnon & de operibus labore simul & requie, terminum atque regulam posuit legem: quatenus veluti sub patre atq; domino viuentes, neque volentes quicquam neque per ignorãtiam delinquamus. Non enim ignorantibus pœnam posuit, sed optimam & necessariam correctionũ mõstrauit legẽ. Quapropter non semel audire, nec secundò vel sæpiùs: sed in vnaquaque septimana, alia opera relinquentes, ad legis auditionem congregari præcepit vniuersos, eámque perfectè condiscere, quod scilicet omnes legislatores reliquisse noscuntur. Et in tantum plurimi hominum absunt, vt secundùm proprias leges viuant, vt penè eas ignorent. Et cùm peccauerint, tunc agnoscunt ab aliis, quam legem probantur esse præuaricati. Sed etiam viri maxima cum gloria & principalia gubernantes, profitentur ignorationem. Doctos namque sibi faciunt assidere ad dispensationem rerum & peritiam legũ habentes. Nostrorũ verò quemlibet si quis leges interroget, faciliùs quã nomẽ suum recitat. Vniuersas quidem mox à primo sensu eas discentes, in animo velut inscriptas habemus. Et ratiùs quidem quilibet trãsgreditur: impossibile autem est supplicium deuitare peccantem. Hoc itaque primum omniũ mirabilem consonantiã nobis instituit. nam vnã quidem habere & eandem de Deo sectam, vita verò ac moribus differre nihil abinuicem, optimã moribus hominum potest celebrare concordiam. apud nos etenim solos, neq; de Deo quilibet sermones audiet alterutris aduersarios, sicut multa similia apud alios fieri comprobantur: cùm non solùm à vulgaribus quod visum fuerit unicuique profertur, sed etiam apud quosdam philosophorum hoc crebrò præsumitur, quando alij quidem totam Dei naturam sermonibus perimere tentauêre. alij verò eius prouidentiam ab hominibus abstulêre: neq; in studiis vitæ differentia' vlla cõspicitur, sed cõmunia quidẽ opera omniũ apud nos existunt: vnus verò de Deo sermo concors est, asserens illum cuncta respicere. Sed etiã de ipsi' vitæ studiis, & quoniã oportet omnia alia

